



**R.P.D. Lvdovici Gomes, Episcopi Sarnensis, sacri Palatii
Auditoris, Commentarii in iudiciales regulas Cancellariae**

Gómez, Luis

Lvgdvni, 1557

Regula de triennali poßeßore sexagintatres quæstiones habet, cui adiungitur epilogus per quàm breuis, sed ualde utilis, in quo ducenti & quatuordecim negligentiaë casus, qui negligentibus nocent, & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63697)

cum sex. ff. de adil. edict. quia ubi lex non notat culpam, an-
te non incurrit nisi a die scientia. cap. cum seruorum. de
let. ord. tradit Bald. in c. fin. de prohib. feud. alien.

Tamen istis non obstantibus crederem contrarium esse
venus, ut aliquid plus operetur regula ista quam disposi-
tio iuris communis. arg. eorum quae dicit Barto. in l. 3. §. si
rem. ff. de leg. 3. Praesertim, quia si contrarium diceremus,
possent in finem fraudes contra possessores committi. In-
vestigare igitur debet impetrans possessorem, vel pro-
curatorem, quae denegari non solet, quousque inueniat pos-
sessorem. Et ad contraria responderi potest, ex his quae
Barto. scribit in lege prima. §. si quis autem propter. ff. de
fin. ad que priuat. & ea quae latius tradunt Moder. in tra-
cta. praescrip. fol. 37. in 4. colum. aliis non faciens diligen-
tias praedictas excludetur exceptione regulae, quia ut dicit
Ludo. Rom. in consil. 431. non terminans causam infra an-
num sibi datum, censetur gratiae suae renuntiare, ut ibi per
eam. Sed pro prima opinione faciunt ea, quae dicit Glos-
sator in fin. commenti regulae de publicand. refig. & ibi
dicitur.

† Intrusus
dicitur, qui
habet be-
neficium a
superiore
interdicto,
vel priua-
to. c. tan-
ta. extra de
exce. pre-
lat. Dicitur
etiam intru-
sus, qui ob-
tinuit be-
neficium a
non habet
te potesta-
tem illud
conferendi.
c. cum ve-
nissent. ex-
tra, de in-
integ. resti.
vel qui be-
neficiu si-
ne auto-
ritate il-
lius, ad q. E

REGVLA DE TRIENNALI
POSSESSORE.

HEC constituit & ordinavit Dominus noster, quod si
quis quacunq[ue] ecclesiastica beneficia qualiacunq[ue] sine
absque simonaco ingressu ex Apostolica vel ordinaria
collatione, aut electione, & electioni huiusmodi confir-
matione seu presentatione & institutione illorum, ad
beneficiorum huiusmodi collatio, promissio, electio & presentatio,
in quavis alia dispositio per triennium pacifice possederint. Dummodo
beneficium, si dispositio Apostolica ex aliqua reservatione generalis
in corpore iuris clausa reservata fuerint, se non intruserint, & super eius-
dem beneficium taliter possessio molestari nequeant. Necnon impetratio-
ne de beneficiis ipsius sic possessis factas, irritas, & inanes censeri debere
curant, antiquas lites super illis motas penitus extinguentes.

ad spectat col-
latio, tenet
aded ut si
quis, etiam
si collator
suspensus
fuerit tem-
pore vaca-
tionis be-
neficij, &

REG.
ere, iuxta ea
ur confiare.
cia. de probat.
ur non solim
in defectu
in c. calumnia
liori iure poss
confutatur, et
ar. in l. si quis
ere. ff. de iudi-
um perpetam,

TERTIA.
la annullat
de triennali
ponuntur
trans expre
dus, nobilitat
huiusmodi
um reddit gra
tur. Nam de
d metro de
nulla, ut tra
bend. & Fe
Sed ista non
as ad nullum
tionis gratia
ur, quae quae
durabit vici
etua: quia an
itur ad non
e triennali.
VARTA.
a loquitur,
um esse annu
n, quia licet
rantem curat
Tamen praes
ati, ut patet

præter au-
 toritatem
 illius, ad
 quem spe-
 ãt colla-
 tio, ade-
 ptus fuerit
 beneficiũ
 ab alio, po-
 ãerit com-
 pelli, ap-
 prædictum decretum consilij sit antiquum, æditio tamen
 remota, à
 papa, vel le-
 gato moni-
 tione præ-
 missa, ad il-
 lud benefi-
 cium resi-
 gnandum
 per excõ-
 municatio-
 nis senten-
 tiã, & sub-
 stractionẽ
 aliorũ be-
 neficiorum
 non obsta-
 te cõfirma-
 tione à se-
 de aposto-
 lica obta-
 ta sub for-
 ma com-
 muni, quæ
 confirmat
 beneficia,
 & præben-
 das sicut
 iuste & pa-
 cificẽ pos-
 sidentur, c.
 quia diuer-
 sitatem, ex-
 tra de con-
 ces. præbẽ.
 IOANN
 MILL

NOTABILIS & quotidiana est materia istius regule
 & per plures altercationes in curia & foro sæpe
 scussa. Ideo eam pro tenui facultate mea plenius
 tingam. Habuit originem ista regula à decreto quodam
 sil. consi. ordi. 8. vt dicunt Mod. quidam in trac. elec. foli-
 & Glos. hic, & ante ipsos Fel. in c. sicut. in 16. col. de re-
 à quo quidem concilij Basil. decreto fuit ferẽ ad verbum
 transcripta, paucis omisis, additis, vel immutatis. Et hoc
 prædictum decretum consilij sit antiquum, æditio tamen
 istius regulæ moderna est, & fortẽ magis recens, quã
 regula de annali: quia illa incipit ab Eugenio, ista verò à
 pore Calixti, qui primus eam in vsum tradidit, addita
 clausula post illa verba, se non intruserint, &c. quæ in Mo-
 dernis regulis omisa fuit, quæ est ista, videlicet & causetur
 per istis beneficiis, ab anno proximẽ transacto prolem
 non fuerint, &c. Hadrianus verò 6. plura ad istam regulam
 addidit. Primum ibi dum dicebatur, ex Apostolica vel
 naria collatione, &c. addidit ista verba, ex quouis ratiõ-
 stolico, &c. & hoc fecit ad effectũ, vt ista regula compre-
 deret cõmendas: super quo antea in Rota dubitabatur.
 cundo in si. regulæ, ibi. antiquas lites, &c. fuit additũ, im-
 illis cõtra quoscunq; huiusmodi possessores in eisde
 ficiis prædecessoris penitus extinguendo. Et hoc fecit
 tollendũ dubium, quod fiebat ex decis. 10. vt lit. pen. in
 videlicet quod si semel per prædecessores introducta affe-
 bat beneficiũ, donec per sententiam esset finita, ita quod
 rim possessor pacificus dici nõ poterat, quod est per
 sulam sublatũ: quia licet prædecessori fuerit mota lites, præ-
 cessor postea per trieniũ possideat, defenditur ista regula
 quæ hodie est in vfu, & non prædictum concilij Basil.
 cer decretum illud concilij prædicti, cum sit perpetuum
 debatur magis efficax, & maioris autoritatis in decisi-
 bus causarum, ad causandum effectũ istius regulæ, præ-
 rationem quam ponit Abb. in c. prudentiam. in princ. de
 offi. dele. Tamen quia illud consiliũ receptum non fuit
 in certis casibus expressis ibi per Eugeniũ: summi peno-
 fices autoritate illius vti noluerunt, nec sic tacite illud
 probare viderentur. quod ex eo apparet: quia in ista regu-
 nullã de eõ menciónẽ fecerũt. Et illud cõsiliij decretũ.

illa cum illo concordans, forte fundamentum acceperit ab æquitate. l. properandū. C. de iud. quæ lites triennales terminare voluit: vel à ratione. l. j. ff. de vsucap. quæ in locupletatione rerum mobilium triennium induxit, in penam negotiorum eas: vel fortasse regula ista fomentum habuit Chalcedonenſi concilio, quod eccleſiarum parochias, vel possessiones per triennium quiete, & abſque vi poſſeſſas, non cuſſas manere voluit, de quo quidem concilio Chalcedonenſi factum fuit poſtea decretum antiquum, quod ſcribitur in libro membrano vetuſtiſſimo decretorum, & conſuetudinum ſedis Apoſtolicæ lib. 5. cap. 26. vtcunq; ſit, negligentia non petentis ius ſuū in cauſa fuit, vt prædictæ conſuetudines ederentur. Quam quidem negligentiam cum præſertim papa hic cōſiderauit, beneficia in hoc rebus mobilibus cōparans, quæ etiā fragilia ſunt, & ſicut res mobiles ad tempus durant, vt inferius dicitur. Nec mirandū, ſi triennalis poſſeſſio tantum roboris tribuat iuri inualido, cum etiā homo ipſe, cuius gratia beneficia inuenta fuere, ab initio malus ſit, triennio de malo bonus fieri præſuatur, vt dicit text. notabilis in §. ſancimus. in authen. de monac. & not. And. Sicul. in repet. cap. teſtimonium. de teſtib. & Fely. in c. cum deputati. in prin. de iud. & ante ipſos Rom. in cōſi. 236. in 3. col. multa enim ſingularia priuilegia præter communes regulas, etiā apud Philoſophos hic numerus ternarius uſurpauit ſibi, quæ recēſere, extra propoſitā quidē materiam videretur, cum de hoc ſatis ſupérque Chriſtoſtomeus in libello quodā, quem de myſtica numero ternaria ternarij numeri loca cōmemoret, quæ forte curioſum inter legendum detinere aliquando poſſent. Et Ludouicus Viualdus in opere regali, de laudibus trium liliorū. laudes iſtius numeri ternarij ſcribit quæ: ibi videri poterunt. Sed iam rem ipſam aggrediamur.

QVAESTIO PRIMA.

Primo igitur quæro, quare magis in tuendis poſſeſſionibus trienniū quàm decenniū, vel aliud tēpus præfixit papa? SOLVTIO. Poſſet capi ex dictis And. Sicul. in clem. 3. col. nu. 17. de elect. q. dicebat trienniū præfixū à lege cōſuetudini, fuiſſe arbitrariū, cū ſit iuris poſitiui, prout alias etiam ſimili dicebat gl. in verbo, ratus. in l. i. §. pueritiam. ff. de

TT

D postul. ita quod idem videtur dicendum in casu istius regule. Tamen advertendum est, quia licet ista ratio arbitraria aliquando ad aliquas leges temporis præfinitivas dari possit: non tamen in omni casu, & ad quamlibet legem quadrabit, præsertim quando in lege aliqua ratio saltem in genere reddi potest, ut dicit Archid. in c. Nabuchodonosor. col. 2. 23. quæst. 4. declarat Fely. in cap. si quado. in 8. & leg. de rescript. & Bald. in l. non dubium. in 2. col. C. de leg. non conari prius debemus, quoad fieri possit, ne legem ratione mancā, velut eventualē, pro arbitrio, & fortuito conditam dimittamus: quin potius in ea oportet nos aliquam rationem, fortè etiam non omnino concludentem invenire, ut dicit domi. Anto. in ca. non debet. de consang. & affini. Melius enim est legē aliqua ratione, etiam fatuā dedere, quàm nudā, & sine aliqua ratione dimittere, videri. dicunt in l. cum filio. de leg. 1. quod observant glo. in l. Eunuchis. C. qui testa. facere pot. quæ fatuam rationem illam legē, cum aliam non haberet scripsit. Quod iure dicitur fuisse Doct. existimant, ne legem sine ratione dimitteret. quia, ut vulgò dici solet, lex sine ratione, corpus est sine anima. Nam rationem animam legis esse, omnes affirmant in c. secundò requiris. de appel. & in c. si. de reg. iur. lib. 2. c. ideo quando lex non continet rationem expressam, debemus in ea, quando aliam non invenimus, rationem etiam remotā fingere: & illa sufficit, ut dicit Abb. in proce. Cos. in 8. col. vers. primò not. & Dom. in c. quavis. c. 1. §. 1. circa fin. de præbend. lib. 6. Et ob eam causam glo. 3. in l. 1. lib. 1. C. famil. ercise. reprehendit illos, qui non aliter investigata ratione legis, ad quamlibet oppositionem legum respondent ibi esse speciale, quod etiam deridet la. in l. 1. de quas actiones. in 2. col. C. de epis. & cler. & in l. si ex. col. 2. de leg. 1. debemus enim speculari rationem, etiam in tria verba legis, ne lex sine ratione videatur, ut dicit Cos. in l. non dubium. C. de legi. Quod imperator fecisse constat in §. igitur. in proce. Institutionum. nam ad præfinitivam Institutionum opus in quatuor libros, ratione magis condita, quàm concludenti est usus: ne forte librorum divisionem pro arbitrio factā fuisse diceremus. Quod etiam papa nos facere docuit in c. non debet. de consang. & affini. quo loco ad reducētes consanguinitatis gradus ad quatuor

su istius regule
ratio arbitraria
ticius dari pot
legem quada
salem in gene
no donolo
in 8. & seq.
ol. C. de leg.
ne legem
& fortuito
et nos aliam
udentem
confang. &
am fatua
mittere, vlt
feruauit
quam ratio
Quod iure
atione dimi
corpus esse
omnes am
reg. iur. lib. 4.
preffam, de
tationem
in proce. C.
inuis. el. a. 3.
am glo. 3. m.
non auit
tionem leg
idet l. in
& in l. i. ex
ionem, et
r, vt dicit
ore fecit
m ad par
ne magis
librorum
Quod em
afang. &
gracius ad

nor, non rationibus arbitrariis & fortuitis, sed persuasi- A
us mouetur, vt ibi patet.
Aparet ergo quod nō ilico, quod lex statuit aliquid fie-
lib certo temporis spatio, seu terminum dierum præfi-
in, dicere debemus hoc sine ratione: sed ex libito volunta-
tis, & pro arbitrio principis factum fuisse. Inuestiganda est
gras ratio, qua legem fuisse ratione conflatam facile di-
poscamus, ne alias sine ratione respondentes, meritò ri-
deatur, iuxta text. in c. si ex bono. de pœni. distin. 4. & pro
bat quidā Moder. in tract. extēsis. col. 4. facit Oldr. cōsi.
vi. col. 4. quæ omnia in casu præsentis q. militant. Nam cū
regula ista rationē non assignet, quare papa potius trien-
nium, quàm aliud tempus in beneficiis præscribendis in-
tendat: debemus nos eam ex mente, vel coniecturis potius B
mittere, quàm arbitrari papam triennium huiusmodi, arbi-
traria & casuali quadam ratione introduxisse. Ratio igitur,
quæ mouere potuit ipsum papā ad triennium magis statuen-
dam, quàm aliud tempus, iudicio meo potuit esse multi-
plex. Prima, fuit frequentia & celebritas istius numeri ter-
narij, quo tam sæpe legislatores & philosophi vsi fuerunt,
quos papa in lege ista condēda imitari voluit. Nā mode-
ste pientū iudicatur, si principes in legibus condendis cō-
seruadines, & mores maiorū sequantur, propter rationes,
quas adducit Rom. in consil. 327. col. 2. Constat igitur vete-
res legumlatores in actibus iudicialibus & extraiudicialib.
multum huic numero ternario tribuisse, quod ex multipli-
ci legum numero de ternario numero loquentium, facile C
deprehendi potest. Nam in primis papa ad hoc triennium
constituendum potuit moueri, ex forma iudicij tradita in
cōsuet. de verb. sig. quæ ex ternario numero, tanquàm ex
re perfectissima, iudicium diffiniuit, ex principio, medio,
& fine id est, iudice, actore, & reo. Est enim hic numerus,
vt inquit Dionys. Halycarnasæus lib. 3. historiarum, omni
deceptioni conuenientissimus. Regula igitur ista, quæ
iudicialis est, debuit tali numero conformari. In quo gene-
re aliud exemplum ad imitandū habuit summus Pontifex,
positum in l. properandū. C. de iud. vbi tota cōcertationis
species, & iudicialis controuersia, tribus instantiis termi-
natur. Et ita etiam in l. i. C. de fideicom. per triennij præ-
tationē Imperator fideicommissum induxit. & in l. qua-

TT ij

D eunq; C. de apoch. publi. lib. 10. tantū operari voluit triennij cōtinui solutionem, quōd per eam voluit liberationem præcedentiū annorū arguere. Ex quorum iurium excepō & ratione, putabat Decius, vir aliōquin omnium temporū & horarum curiosissimus, in l. si certis annis. col. 2. C. de pact. triennium istius regulæ inductū fuisse, non autem per arbitrio & libito voluntatis papæ. Aliud etiam magis proximū imitationis exemplū habuit papa ad triennium statuendum ex l. r. ff. de vsucap. quæ propter negligentiam acris petentis ius suum desidiā, vsucapionē triennalē in rebus mobilibus induxit. Quarū similitudine papa ductus, voluit etiam negligentē petere beneficium suum lapsō triennio eadem pœna multare, silentiū illi imponēs, in hoc beneficio (vt opinor) rebus mobilibus comparās. Nec immerito: nam & annui redditus, qui cum persona extinguitur, & cum ecclesiasticis beneficiis symbolum habet, appellatione mobilium cōtinentur, vt notabiliter dicit Abb. in c. 13. in 4. col. lib. 2. limitās per hoc iura contrariū disposita, vt procedant, quando cōceduntur loco ad longiorē tēpus. Et hoc etiā vltra Abb. videtur sentire Ioā. de Anan. in c. in ciuitate. in 15. col. de vsur. Sicut ergo in vsucapionibus pro rebus mobilibus datur triennium, ita papa pro possessione tuenda idem tempus iniūxit. Et sicut etiam in re de præscrip. per triennium possidēs rem ecclesie, etiam cum mala fide præscribit eā: ita & possidens beneficium triennio tutus esse debet. Plura enim ad triennium magis, quam

F ad aliud tempus statuendū summum Pontificē inducunt, vt superius diximus, & etiā adparet in cap. sua nobis. c. 1. quon. de appel. vbi papa omnem grauaminis querelā tribus tantum appellationū gradibus cōclūsit: & in c. contigit. el. 2. de senten. excom. iudicalem monitionē triens quoq; terminis voluit esse cōtentā: quod etiam in denuntiatione Canonica, seu Evangelica seruatiū legimus, illa enim triena etiam monitione periclitatur, qua seruata reus homo iudicatur: vt in ca. nouit. de iud. Sic etiā veteres hominibus denuntiationibus conuictū, tribus literis indicabāt, ut ait Suida. Nā cum volebāt hominē malū significare, sequebāt vnum Cappa: cū verō peiorē, duo: cum pessimum, tria habere Cappa dixerūt. Ex quo proverbio peruenit, vt id obiter dicamus, compositum puto hoc nomen sit

REG. ... ministerio trium literarum. Vnde meritò ille titulus A
 riam etiam dictionū. ff. nautæ, caupo. stabularij, originē
 accepit: quando & hoc personarum genus multis in locis
 uacatur, & furibus omnino æquiparatur, vt patet in l. i. in
 iura. eo. i. ibi, ne materia detur cum furibus coetundi, &c.
 l. i. l. i. §. sed si totam. eod. tit. ibi, prætor curā agere re-
 tinet: & improbitatis horū hominū, &c. & alibi sæpe. In-
 de euenit, quòd pro pessimo homine, trib. Cappis digno,
 tanquam intelligebat Cretensem, Cilica, Cappadoca, qui sin-
 gularis fuisse improbitatis memorantur. Quod quidē ge-
 nus hominum prout de malo teste dicimus, tribus perio-
 nis est obnoxium, Deo, iudici, & parti, vt in c. i. de crimine
 falsi. Sic etiā aduocato malo ad se corrigendum de errore
 suo, tres illi dies præfiniuntur, in l. fi. C. de errore aduoca. B
 licet recusanti iudicē, tres etiā dies assignantur, in l. fin. C.
 de iudi. Et in summa, totū ius ciuile, quod in tres distributū
 est partes, vt dicit tex. in §. fi. in st. de iure nat. totū etiā Pon-
 tificiū ius, numeris ternariis est refertū. Iuxta quē numerū,
 non absq; summa ratione, tēpora in præteritū, præsens, &
 futurū distinxit Deus. Neq; aliquis ex numeris tā frequen-
 ter in diuinis & humanis actibus cōmendatus fuit, aut spe-
 cialitè prærogatiua munitus, sicut ternarius. Cū igitur re-
 gula illa iudicialis sit, Papa frequentia secutus, voluit eam
 ternarij possessione magis quàm alterius tēporis esse con-
 stantem. Plura alia exempla numeri ternarij, quibus papa ad
 huc potius ternariū, quàm aliū numerū deligendū potuit
 moueri, contexere possem: quæ, ne in re tā leui tēpus con- C
 tinerem, recensere desinam: vt obiter omittam, quæ in sacris
 literis de isto numero Augustinus, Hieronymus, & Am-
 brosius variis in locis tradiderunt. quos latè Paulus Foro-
 sempronie. episcopus, & Io. Faber in illis tract. quos de tri-
 bus Christi scripserunt, & Iodocus Clichthoueus in libel-
 lo, qui de mystica numerorū ratione inscribitur, referunt,
 cum sexcentis aliis locis, quos accuratè in hac materia Gu-
 l. Benedictus in copiosa repet. c. Raynūtius. de test. fol.
 10. cōgessit, quæ omnia huc pertinent, vt dicamus papam
 non tam arbitrio suo & casu fortuito (vt quidā voluerunt)
 ad trienniū constituendū: sed potius ratione certa & exē-
 plo clarissimo, sacrarūq; legum imitatione digna motū
 fuisse, quæ in similibus casibus hoc numero, magis quàm
 T T iij

D alio tanquam omnium perfectissimo vix fuerunt. Et secundum istius rationes emanarunt ista iura in c. si seruus. el. 1. §. 4. distinct. & in c. si quis. 16. q. si. quae hunc numerum ternarium in diuersis aliis casibus amplexa fuerunt. Et certe triennium hic constitutum vsucapioni comparemus, proculdubio iudicabimus summum Pontificem, non fortuito, sed rationabiliter ad hoc triennium statuendum motum fuisse. Nam in vsucapione rerum mobilium, quarum vsum quotidianum habemus, ideo triennium magis quam decennium constitutum fuit, vt homines ad repetendum tales rerum vsum vitae necessarias, celerius arctarentur, quae ex vso quotidiano occupatoris dissipari, atq; omnino possent deterioriores fieri, vsuq; consumi. Nam mobilia pro maiore parte

E per triennium consumi praesumuntur, iuxta glo. notabilem in l. i. C. si aduer. vsuc. & glo. pen. in l. fin. C. in quibus. etiam integ. rest. non est necel. Quae ad hoc Alex. adducit in l. tertium. ff. de codi. ind. in secunda addi. ad Bar. neque in conditor breuius tempus triennio hoc casu statuere potest, propter totidem gradus appellacionum, quae reis conceduntur ad se defendendum a lege conceduntur, ob quam casuum tres instantiae iudicij in d. l. properandum. C. de iudic. etiam fuerunt. Et infra idem tempus summus Pontifex conueniens putauit, etiam beneficiatos beneficia eorum occupata recuperare debere: quorum etiam beneficiorum, sicut & rerum mobilium vsum tantum habemus, qui quotidie consumitur. Ad quod igitur ex omnibus praedictis, summum Pontificem optimam ratione, & digna tot legum imitatione motum fuisse. Nam, vt inquit Cicero, quod exemplo fit, ratione fieri putatur. Sed de istis

QVAESTIO SECUNDA.

QVAERO, iuxta illud verbum ibi, Quod si quis, & c. nunquid ista regula bastardum, siue illegitimum possessorem cum colorato titulo defendat?

SOLVTIO. Ista quaestio heri tertia mensis Iunij in anno 1523. in Rota proposita fuit, in causa Legionensis coram R. P. Petro Vortio, in qua quidam ex Dominis dicebat, regulam legitimum non tueri, ex eo, quia verba generalia istius regulae, de habilibus intelligi debebant, iuxta vulg. l. vt gradum. ff. de mune. & ho. & gl. in verbo, quibuscuq; §. sed bastardia. in l. i. de verb. oblig. Quod procedit etiam si conditionis verba vniuersalia sint, prout hic: quia etiam dicta

ad habilia restringuntur, vt tradit Domi. in ca. cum in il-
 A
 ls. 1. col. fi. de præbend. lib. 6. cum concor. vt scribit De-
 cos in consil. 171. colum. fi. Et ita videmus, quod verbum,
 quodcunq; vniuersale in l. in traditionib. ff. de pactis. & in
 l. manscipari. ff. de adop. etiam ad habilia restringitur. Et
 regulariter in materia maximè exorbitanti, talis restrictio
 verborum generalium fieri debet, vt tradit Anton. de But.
 consil. 19. in 3. colum. Nam dictio, Quæcunq; simpliciter
 de persona loquens, de legitima & habili intelligi debet,
 nisi termino communi vtrunq; comprehendenti addatur,
 vt dicit Alexand. consil. 80. colum. fi. libr. 1. Et hoc idem in
 regulis cancellariæ etiam generaliter loquentibus habere
 locum voluit quidam doctus Mod. repetens cap. Raynu-
 nus. fol. 7. num. 32. de testam.

B
 Et quod reg. ista bastardos comprehendere non debeat,
 rationi consonum videtur: quia illegitimi omnium iurium
 spiritualium sunt incapaces, vt in ca. si gens Anglorum. 56.
 dist. Et huiusmodi persona, quo ad cōmodum & hono-
 res, à iure indigni censentur: vt not. gl. in cle. 1. de baptis. &
 Abb. in c. cum Vintoniensis. in 4. col. & in cap. innotuit. de
 elect. & in terminis reassumit latius dicti Moder. in d. re-
 pe. c. Raynuius. fol. 6. & Curtius Iunior in rep. l. admonē-
 di. ff. de iureiur. qui amulatione, vt creditur, lasonis con-
 currentis materiam bastardorum ampliavit. Inde non abs-
 re veteres Summi Pontifices diligenter curarunt, ne sacrū
 Card. collegiū hac labe pollueretur. Nam, vt refert Nico-
 laus de Vbaldis, nostri ordinis olim insignis auditor, in C
 tractu successio. ab intest. col. 49. à Paulo II. proprio eius
 ore audivisse, quendā spurium per Eugenium I. I. ad Cardi-
 nalatum assumptum, ante receptionem pilei, quasi miracu-
 lose rebus humanis exemptū. Quod idem sanctissimū in-
 stitutū in nostro sacro auditorio Rotæ inuolabiliter serua-
 tum fuisse satis cōpertū est. Nā cum idē Nicolaus apud eun-
 dē Paulū Rotæ nomine supplicaret, liceret eis inquiri con-
 tra quendā, qui ab eodē Paulo mādātū ad auditoratū ha-
 buerat, nūquid bastardus esset, Paulus libenter annuit, sub-
 iungēs, honestū esse per huiusmodi labē locū nostrū non
 cōtaminari, referēs exēplū dicti Card. per Eugeniū assum-
 ptū. Ita dicit Do. Nicolaus, vbi supra. Et ob eā causam Phi-
 lipum Decium, aliās ad auditoratum mādātum habentem

D exclusum loco, legimus. Cum igitur regula ista sit privile-
giativa, & favorabilis possessorih. nō videtur verisimile vel
le baitardos tanto favore munire, vt dicit Glossator hic.

Tamen istis non obstan. maior pars dominorum con-
clufit cōtrarium, videlicet illegitimos regula ista defendi.
Pro qua opin. in primis verbū Quicumq;, hic positi pon-
derabant, quod est generale, vt in c. solita. circa fi. de ma-
io. & obediē. & in c. sciant cuncti. de electio. libr. 6. & in
quicumq;. C. de ser. fug. quod verbū de sui natura includit
ea, quæ aliās sub simplici dispositione non comprehende-
rentur, vt not. glos. in clem. 2. de vita & honest. cler. & in
in verb. quicumq;. in cle. 1. de iudi. no. Abb. in c. super eorū
in glo. de offic. deleg. & reasumit Curtius Iunior con-

E & Fely. in c. postulati in 11. colum. de rescript. & ante ip-
Rom. consil. 31. visis iis, & c. Et idem Fely. in c. nonnulli
princ. in 9. col. de rescript. & in materia dispensationis, que
solet esse stricti iuris, vt in ca. per venerabilem. qui filium
legitimi. verbum, Quicumq;, omnia comprehendit, vt est
glos. in extrauag. execrabilis. quæ allegat cle. si Romanus
de præbend. facit textus & glossa in clementina. 1. in fine
re iudic. quam ad hoc notat Oldrad. consil. 322. attentis
& c. cum similibus.

Hinc est, quod licet dispensatus ad beneficia nō possit
habere dignitatem, vbi tamen fuisset dispensatus ad quatuor
que beneficia, talis dispensatio dignitates cōprehendit
ratione illius dictionis, Quæcūq;, vt dicit Rota de filiis
fby. 2. in no. & 4. de offic. ord. in antiquis. sequitur. Modus
in tract. de benefi. in 3. q. 1. partis. col. 5. Et ista decisio præ-
cedit, etiam si cum dictione Quæcūq;, coniungeretur di-
ctio Alia, quæ solet esse restrictiua similibus. Prout in simi-
li casu in vna Præceptorum Barchinonē. corā d. Paulo Cap-
succo fuit in Rota iudicatum per Dominos. 9. Ianua. 1573.
Nam in dicta causā dubitabatur, nunquid in facultate con-
cessa nuntio Vafionen. ad beneficia, & præstimoniam, & alia
quæcūq;, & c. includerentur dignitates, vt vna pars Domi-
norum dicebat quod sic, ponderando dictionem quæcūq;
que, esse vniuersalem per iura superius allegata, & ea quæ
dicit Fely. in c. de quarta. de præscript. in 4. colum. vbi
cit, quod licet appellatione beneficij non veniant hōstia-
lia: cle. per literas. de præbend. fallit tamen, nisi sit dicitur
quæcūq;

Quæcunq; & idem de præstimoniiis dicitur in glos. quod- A
 cunq; in clem. 2. de vita & honest. cleric. Alia verò pars Do-
 minorum tenebat contrarium, ex quo potestas nuntij erat
 oiosa in præiudicium ordinaria potestatis, vt dicit Abb.
 in c. si quis contra clericum. de foro competent. Et ideo il-
 la verba, Quæcunq; debent restringi ad habilia & expres-
 sionem ad ea quæ sunt speciali nota digna, vt dicit Domi-
 n. Per. de Anch. in c. 2. de pteb. lib. 6. & Philip. Perusinus
 in c. ad hoc. circa fi. de appell. cum cõcor. vt latè scribit So-
 cin. in consil. 240. in causa Naneten. in 9. col. Item, quia di-
 ctio Alia, in dicta facultate nuntij posita, restringebat ter-
 minum generis ad expressa, iuxta ea quæ dicit Old. consil.
 1. & 287. & Rom. consil. 13. & 42. circa fi. & 92. & Cald. con-
 sil. 2. circa fi. titu. de arbit. cum cõcord. vt per Ias. in l. qua- B
 cunq; in primo notabili. C. qui admit.

Tandem istis non obstantibus Rota post longam dispu-
 tationem, vno excepto, tenuit contrarium, videlicet, in di-
 cta facultate nuntij cõprehendi dignitates propter gene-
 ralitatem dictionis, Quæcunq; pondera, vt superius. Nec
 obstant dictio Alia, adiuncta termino vniuersali: quia illa
 non restringebat generalitatem verbi quæcunq; vt est de
 hoc gl. notabilis in verbo, quauis. in cle. 1. de re iud. quæ
 probat, iuncto text. verba ista, Vel alia quauis causa, inclu-
 dere maiora expressis: pro qua plura adducit And. Sicul. in
 l. 6. fi. in 3. col. ff. de verb. oblig. & in repet. l. cum acutissi-
 mi. in 13. col. C. de fideic. cum aliis adductis per Moder. Lu-
 ficanos in l. fundum. col. 20. ff. de reb. dub. qui respondent C
 ad contraria, cum quibus concordat Alexand. in consil. 11.
 vbo. in 3. colum. & in consil. 155. visis, & accuratè in 2. col. vo-
 lu. 2. Et ita in dicta causa Barchinonen. conclusum fuit per
 omnes dominos, & iudicatum dicta die 9. Ianuarij in fauo-
 rem Iacobi Partage, magistri domus Cardi. de Casarinis,
 contra Anton. Carreas. Quæ omnia conferendo ad casum
 nostrum, reddunt decisionem claram & expeditam, videli-
 cet, quod generalitas istius verbi, Quicumque, positi in
 text. comprehendit illegitimum, præsertim cum regula
 ista tantum excipiat duo genera personarum inhabilium,
 videlicet simoniacum, & intrusum in beneficio reseruato,
 ergo in aliis manet regula firma.

Nò obstat, quòd verba generalia debent intelligi de per-

TT V

Dsonis habilibus: quia ultra responsiones quæ possunt colligi ex limitationibus traditis per Ias. in l. fideiusor. §. prior. ff. qui sat. cog. de quibus latè scripti in §. in personam instit. de actio. limitatur illa regula non habere locum, quando lex loquitur taxatiuè, excipiens duo genera personarum, ut hic: quia tunc casus non excepti comprehenduntur sub regula: ut in c. 2. vbi Abb. de coniug. lepro. Vel secundo negari potest illegitimum triennio possidentem inhabilem esse, ut exceptione istius reg. priuari debeat, cum sit quedam defensio, sicut videmus in excōmunicato, qui licet ad iudicia inhabilis iudicetur, non tamen illi excipiendi facultas denegatur, ut in c. cum inter. de exceptione. Cum igitur ista regula nō det nisi meram exceptionem possessionis poterit ea illegitimus uti: qui non videtur tā odiosus, quantum excommunicatus, qui cōtrahere & possidere potest cap. veritatis, de dolo & cont. præsertim, quia hoc calu, et quo per triennium à superiore est toleratus, præsumitur dispensatus, iuxta ea quæ tradit Pet. de Anch. in consil. ut cū materia ordinarij. de offi. ord. lib. 6. Vel tertio respōdetur, quòd dispositio istius regulæ, quia emanauit ad emendandas lites, ut patet in fin. concernit bonum publicum, ut in l. ff. de vsucap. & in l. properandum. C. de iudic. sed ubi agitur de utilitate publica, lex nō recipit restrictionem de habilitate personarum, ut dicit Bartol. in l. si quis in gratia §. vtrum. per illum text. ff. ad Sillan. Et ita in indimisso per hoc puncto iudicauit Rota in vna Regien. parochialis coram me, ponderando casus exceptos in regula. Et hanc eandem opin. hodie, quæ numeratur 23. Ianuar. 1600. xxxviii. in vna Romana parochialis S. Pauli & Celsæ coram d. Raynaldo Petrutio omnes Domini tenuerunt.

QVAESTIO TERTIA.

QVAERO, an regula ista defendat feminam possidentem dignitatem, vel administrationem?
SOLVTIO. Videtur quòd sic, quia verbum, quicumque, positum in text. comprehendit feminam. l. si ff. de verb. sig. Contrarium videtur tenere Gloss. hic, in 2. col. ad vult, quòd ista verba intelligantur de habilibus: & ideo licet viri & mulier possidentes non iuuantur ista regula. factum est ea quæ idē Glossator dicit in reg. secunda. in h. supra. Quid dicendum? Pro resolutione istius articuli distinge

potest hoc modo, videlicet, quod aut dignitas conceditur per papam feminæ in titulum, vel administrationem, vt in abbattia, vel prioria perpetua, quod potest facere papa: & tunc putare regulam habere locum, cum in istis eadem modo defensionis militet, aliâs secus. & hoc in specie tenet Glossator concilij Basilien. tit. de pacific. possessorib. faciunt ea, quæ in simili dixi in regula de infirmis resig. in 6. q.

QVÆSTIO QVARTA.

QVÆRO ibi, Beneficia qualiacunque sint, &c. an sub istis verbis regulæ comprehendatur feudum ecclesiasticum?

SOLVTIO. Videtur dicendum quod sic, quia feudum dicitur beneficium. c. 1. §. in primis. qui ex caul. feud. amit. & not. Petr. de Ancha. in regula. beneficium. in 1. quæst. de reg. iur. lib. 6. & Ia. in repet. l. re coniuncti. nume. 227. ff. de legatis 3. vbi etiam probat, quod feudum est mera gratia. Et in materia fauorabili possessoribus, de qua ista regula loquitur, appellatione beneficij feudum comprehenditur, vt dicunt Moder. in præludijs feudorum. Hinc est, quod in generali facultate dispensandi ad beneficia curata & non curata feudum includitur, vt per plures rationes probat Decius in consilio 76. licet in casu proposito, &c.

Breviter prædictis non obstantibus contrarium est concludendum, ex eo, quia licet in materia proportionabili defendi posset, appellatione beneficij feudum comprehenditur, vbi verò verba, vel subiecta materia repugnant, contrarium est dicendum, vt Prap. dixit in c. per venerabilem. col. 90. C. qui filij sint legit. Sed clarum est, quod verba istius regulæ quæ de collatione, institutione, vel præsentatione loquuntur, non adaptantur ad inuestiturâ feudi, quæ per istos modos non confertur. Igitur dispositio ista in eo non habet locum, præsertim quia casus hic excepti in regula, videlicet, de reueratione in corpore iuris clausa, & de beneficio firmiâ possesso, nullatenus feudo conueniunt, sed solum beneficiis ecclesiasticis, quæ à feudo differunt, adaptantur.

Concludendum est igitur regulam in feudis locum non habere, præsertim, quia in veris beneficiis ecclesiasticis est aliquid specialitatis annexum, quod non est in feudo: & in beneficiis quatuor requiruntur, quo ad hoc, vt beneficia ecclesiastica dicantur, quæ à feudis sunt multum aliena, vt tradit

D Petr. de Ancha. in cap. i. quaest. i. de regu. iur. lib. 6. Sequitur Decius in rubrica de rescript. Quae omnia à natura feudis extranea videntur, prout etiam Moderni declarant in tractat. beneficij. in prima parte. Dicitio igitur, Qualiacunque, hic posita, recipiet distinctionem secundum subiectam materiam, prout in l. quaesitum. §. i. ff. de leg. 3. cum vulg.

QVAESTIO QVINTA.

QVAERO, an regula ista de trienniali, habeat locum in beneficiis commendatis perpetuo secundum stylum nostri temporis?

SOLVITIO. Licet in pluribus regulis istius tractatus disputatus sit iste articulus, adeo quod videbatur sufficere iam dicta: nihilominus quia misera iuris conditio semper in infinitum decurrit, & nouas quotidie depererat edere formas, vt dicit Imperator in lege 2. C. de ver. iur. enuc. oportet nouis & emergentibus casibus, nouas etiam accommodare decisiones, praesertim in hac q. in qua maior in Rota suborta est difficultas, quam fuerit super quauis alia q. in alio Tractatus: & ideo eam latius attingam, non repetens huiusmodi motiuis super ista eadem q. in aliis regulis iam dictis, ne fastidio sim studiosis, praesertim occupatis. Dico igitur circa istum articulum varias fuisse antiquorum & modernorum dominorum sententias. Nam quidam ex antiquis tenuerunt regulam istam habere locum in commendis perpetuis. Et hoc tenuit in specie Glossator concilij Basiliensis, quod habetur in pragmatica Franciae, sub titulo de pacific. possid. in verbo, titulum, motus ex eo, quia in perpetuis commendis militat eadem ratio, quae in aliis titulis. Et quia commendata secundum Doct. in c. nemo. de elec. lib. 6. dicitur titulus canonicus qui sufficit ad istam regulam, vt tradit Henric. in c. penul. col. penul. de verb. signifi. Hac ille. Et cum ista opi. transeunt quidam Moder. Sabinien. in tract. commendat. & in quibusdam apostillis hic, qui dicunt ita se vidisse observari in perpetuis commendis, cum ibi deest vera possessio, quam considerat regula. Et secundum istam opi. retulit ita fuisse iudicatum temporibus suis in Rota Reuerendissimus Card. Simonetta, tunc Rotae auditor, & in propria eius manu ad istam regulam, & in quodam suo reportorio adnotatum vidi, quo in loco reprehendit Dominum Melchiorem de Baldafinis quondam aduocatum in apostillis.

apostillis regularum Hadriani asserentem oppositum. **A**

Contrariam verò opinionē, videlicet, q̄ ista regula non habeat locum in cōmendis perpetuis, tenuerūt etiam plures excellentes viri, tam extra Rotam, quàm etiā in Rota.

In primis in istam opinionē inclinat Glossator hic, qui dicit audiuisse ita Rotam iudicasse. Et hoc idem Bartholomeus de Dosis quondam aduocatus cōsistorialis in quibusdam Apostillis manu sua scriptis, refert se audiuisse à D. Vanullio auditore Rotæ, pro ista parte pluries pronuntiasse, & ita Vanullius scriptū reliquit. Et Reuerend. Card. bo. memo. Dominicus de Iacobatis, olim auditor Rotæ in quibusdā suis adnotationibus, propria eius manu scriptus expressè affirmat suo tēpore omnes Dominos tenuisse, & contrariū in regula de annali. Rationem ponit, quare tunc mouebatur Rota: quia regula ista habet verba demōstratiua tituli, vt patet ibi, ex Apostolica, vel ordinaria collatione, seu præsentatione & institutione, &c. quæ verba non adaptantur commendæ. Regula verò de annali titulum non requirit. Et ideo in cōmendis habet locum. Hęc Card. Idem etiam attestatur D. Melchior de Baldafinis illorum temporum celebris aduocatus, in quibusdam suis adnotationibus ad regulas Hadriani, etiam propria eius manu scriptis dicens, Hadrianum Papā ideo in ista regula illa verba, Ex quouis titulo Apostolico, &c. addidisse, vt commendas comprehenderet, & per hoc dubitationem Rotæ tolleret, quam sciebat tenuisse, regulā istam in cōmendis locum non habere. Et istā etiam opi. sequuti sunt in Cancellaria quidā Abbreviatores de Parco, inter quos fuit D. Paulus de Castello, vt refert Moder. ille Sabinen. Eneas de Falconibus, in quadam apostilla. Et hoc etiam adnotatum reliquit summus ille vir Laurentius de Puciis Card. Sanctorum quatuor, afirmandus se audiuisse viua voce ab Alexandrino istam opin. tenuisse Rotam.

Itaq; ex supradictis adparet varias fuisse super hoc puncto patrum Rotæ opi. Nec mirandum, cum quælibet opi. ideo se iusto iudice tueatur, vt perspicuum sit, Rotā diuersis tēporibus cōtraria sentiētē rectè iudicasse. Sed in hoc est discrimen, quia licet Rota olim partē negatiuā tenēs, iustum iudicium protulerit, iustius tamē modernis tēporibus iudicium pronūtiavit, dum tenuit, regulā istā in com-

D mendis locum habere: non enim inconuenit vnum iudicium esse vno tēpore iustū, & postea eius contrarium iustius, vt in l. exigēdi. C. de procu. cum concor. ibi in gl. positus. Et hoc malū datū videtur mortalibus in pēnā, vt eorum opiniones secundū varietatem temporū senescant & intermoriātur, alia quę diuersæ, vel prioribus cōtrarię eorum loco renascātur, & deinde pubescātur: talis enim est huiusmani iuris disciplina, quę nulla in ea opinio eodē statu stare potest, vt dicit Imperator in l. 2. §. sed quia diuine. C. de vet. iur. enuc. vn de merito Psal. dixit, Dies dici erudiat verbū, & nox nocti indicat sciētā. quod adparet in l. dicitur ff. de iurepatron. & in sexcentis aliis iuris locis, quare breuitatis causa omitto. Opiniones enim hominū eorū corpora

Era sequitur, quę cum tēpore veterascūt & pereunt: & inter rerū omniū, ita quoq; & opinionū est quędā vicissitudo, cuius rationem ponit Bal. in pluribus locis, quos enumerabo infra quęst. 53. quo in loco ostendunt aliquando modernā Rotam ab antiqua deuiasse, quare omnia iustificationes per ea, quę dicit text. in c. non debet. de consang. & affin.

Nunc autem ad propositum reuertamur: vidimus expressē Rotam aliquando iudicasse regulam istā non habere locum in commēdis, vt attestati fuerunt prædicti patres superius in parte negatiua nominati. Et hoc quidem diximus, iuste factum fuisse arbitror, cum non desint rationes & auctoritates summorum virorum, qui illam opinionem defendunt. Nam inter cetera ad tenēdum istam opinionem

Filli Domini mouebātur, quia regula ista requirit titulum, vt patet ibi ex Apostolica vel ordinaria collatione, &c. & tamen commenda non est titulus: aut si quouis modo aliquam haberet similitudinem tituli, non satis illa species prouidendi in antiqua ecclesia laudabatur, vt mereret privilegium istius vel alterius regulę, de vero titulo loquentis muniri. Nam videmus Innocent. vi. per extrauagantiam suam incipien. pastoris. hoc prouidendi genus per vnam commendam reprobasse. Nam, vt verbis eius vtar, experientia docuit, occasione commendarum plurimum diuinitatum cultum minui, animarum curam eis, quibus imminet, negligi, hospitalitatem consuetam & debitam non seruari, ruinis adificia supponi, ipsorumque iura in spiritualibus & temporalibus labefactari, &c. Et eadem etiam, &c.

extrauag. incip. ex superne. posita in tit. de præb. Ex quo-
 rum verbis adparet cōmendarum vsum improbatum fuisse,
 vt merito illi antiqui patres Rotæ noluerint cōmendā
 sub hac regula cōprehendi. Non igitur est putandum Ro-
 man. Pontific. rem à tam pluribus damnatā sub regula ista
 precludi velle, præsertim, quia vt dictū est, regula ista requi-
 rit titulū: & cōmendā, de iure non est propriè titulus, vt
 probatur in ca. qui plures. 21. q. 1. vbi est tex. q̄ nemo duas
 ecclesias in titulum tenere potest, tamē bene potest vnā
 habere in titulum, & alteram in cōmendā. Ergo adparet
 manifestè cōmendā non esse titulum: & ita not. ibi
 gl. Vgo & Laurerius, & idem tenuerūt Tancred. Goffred.
 & Bernar. in cap. si constiterit. de accusat. vt refert Ioan. de **B**
 Fantucis, & Archid. in d. c. qui plures. vbi plus subdit Io. &
 Vincen. tenuisse in c. dudum. el. 2. de elec. cōmendatari-
 um non solum nullū habere titulum, sed neque eius ius
 in beneficio cōmendato, & dicit Domin. in c. presbyteri.
 in 3. col. 23. distinc. q̄ cōmendatarius non est prælatus,
 sed quidam custos iurium ecclesię: vnde licet capitulū non
 possit conferre, & per consequens titulum dare, tamē cō-
 nomum in ecclesia, & cōmendatarium ponere potest:
 quia hoc non est cōferre. Et idem tenet Oldr. in conf. 179.
 hinc est q̄ episcopus potest illud beneficium cōmendatari-
 um conferre, inuito & non vocato cōmendatario, vt dicit
 Lapus in cap. nemo. de elect. lib. 6. refert Fely. in c. cum
 olim. in 5. col. de maior. & obed. Et vltra prædictā, aliam **C**
 rationem assignat glo. 2. in c. si constiterit. de accusat. quia
 cōmendatarius non dicitur possidere, nec habere ius in
 re, sicut depositarius, per iura allegata in ea: quæ latè reas-
 sumit Roma. conf. 350. vbi latissimè probat cōmendatari-
 um non habere titulum, nec ius in re sicut depositarius.
 & de vno ad aliud arguit idem Roman. declarans istos ter-
 minos in conf. 500. incip. summarius. colum. 1. & seq. Et q̄
 cōmendatarius non dicatur habere titulum, nec ius ali-
 quod in re, tenet And. Sicul. post Inn. quem ibi allegat in
 rubrica de cōmodato. in si. verbis. Ratio enim assignatur
 per Gemin. in conf. 8. incip. quidam card. in 3. col. quia in-
 ter cōmendatariū, & ecclesiam cōmendatā non cōtra-
 hitur aliquod matrimonium, sicut cōtrahitur inter illum,

D qui habet ex collatione, qua ratione dicitur habere titulum: & ideo commendatarius potest ad libitum per Papam remoueri, quia non est maritus ecclesie. Et istam eandem opinionem firmat Ang. in consil. 35. incip. quidam nobilis, ubi post Inno. in c. dudum. dicit, quod commendatarius nullum ius, nec titulum habet in ecclesia. Sed est nudus minister, custos, & nudus derentor, per ea quae ibi adducit. Et istam opin. etiam tenet Aret. in c. si constiterit. col. fin. de accusat. ubi tenet, quod commendatarius non solum non habet titulum canonicum, sed neque facit fructus suos, nisi expressè illi à papa concedantur, per rationes allegatas in per eum, & dicit Florianus in c. quæritum. de rer. permut. quod commenda non potest cum titulo permutari, quia com-

mendatarius non dicitur habere canonicum titulum. Et quod commenda non det titulum, tenet etiam expressè Bal. in l. ex verbo per illum tex. C. de fideicom. li. sequitur Socin. in consil. 32. incip. ex iis. in 6. col. cum aliis concordat, ut ibi per eum. idem tenet Alex. consil. 96. visis narratis. 1. col. lib. 4. & Deci. consil. 149. col. 4. Et pro ista parte facit quod dicit Abb. in cap. illa. ne sede vac. videlicet quod capitulum sede vacante, non potest conferre beneficia, potest tamen commendare. Adparet igitur quod non habet titulum, quod etiam tenet Alex. post gloss. in cap. sanctorum. col. 70. dist. Et quod commendatarius non dicatur habere titulum, neque possessionem, nec ius in re, prout alias dicebat gloss. in d. c. si constiterit. firmat doctus quidam Mos-

Feder. nomine Bart. Cassaneus in consil. 26. in 3. col. Et hoc procedit non solum in commenda spirituali, sed etiam temporalis, ut not. Imol. in l. hereditas. per illum tex. ff. de her. instit. & idem tenet Bald. in consil. 246. secundum antiquam impressionem. Et ita not. Anto. de Gratianis, antiquus aduocatus consistorialis in quodam suo Indice.

Et ista opin. in ratione consistit, quia commendatarius nihil aliud est, quam quidam administrator bonorum ecclesie, ut patet in c. cum nobis. de elect. & notat Abb. in c. querelam. eo. tit. in primo notabili: & tamè constat administrationem non habere titulum, ut dicit D. Ant. in cle. 2. de rescri. in verbo, electio. sequitur Nicolaus Milis in ver. administrator, Gloss. in regula nona. in fin. ex quibus omnibus potuit olim Rota iuste moueri ad tenendum regulam istam non habere

habere locum in commendis. Postremò pro ista opinione **A**
 adducebatur vna ratio: quia si considerantur verba istius
 regulæ, tam illa quæ referuntur ad papam, quàm ad alios
 inferiores, inuenimus, quòd nulla possunt cõmendæ per
 perpetuam adaptari. Nam verba indicatiua tituli quæ referuntur
 ad papam, sunt illa, Ex Apostolica collatione, vel electionis
 confirmatione, &c. & nulla sunt hîc alia verba indicatiua ti-
 tuli, quæ papam cõcernant, nisi prædicta: sub quibus non
 est dubium, quòd commenda non cõprehenditur siue pro-
 prie, siue impropiè interpretetur, quia commenda non
 est collatio, neq; cõfirmatio. Nec minus potest commenda
 perpetua cõprehendi sub verbis directis ordinarijs dupli-
 cõspectu, tũ, quia nullus ordinarius inferior à papa po-
 test perpetuò cõmendare, vt in. d. ca. nemo. tum etiã, quia **B**
 non possent, verba hîc posita nõ cõueniunt cõmendæ ppetuæ.
 Sed prædictis nõ obstã. pars affirmatiua, videlicet quòd
 regula ista habeat locũ in commendis perpetuis, præua-
 lunt quam tenuit modernis tẽporibus Rota, vt attestatur
 Reuerendissimus Do. Iaco. Simonetta Card. olim auditor
 inter alios curiosissimus, in quadam additione ad istã re-
 gulam, & in quibusdã suis recollectis decisionum, quas vi-
 dii propria eius manu scriptas, quo in loco reprehendit do-
 ctorem Melchiorum de Baldassinis, aduocatũ, contra-
 riam asserentem. Et ista opinio, videlicet quòd regula ha-
 beat locũ in cõmendis perpetuis, videtur iustior & æquior,
 quam Glossatoris concilij Basiliensis, sub titulo de pacific.
 positiũ verbo, titulum. qui expressè hoc tenet, & Moder. **C**
 Sabin. in tract. commendarum. & hîc in quadam Apostilla,
 quæ dicitur se vidisse ita obseruari. Nouissimè hoc anno
 m. d. xxxvii. de mense Nouembri post plures informa-
 tiones, & causæ propositiones idem dubiũ pro ista parte
 determinauit Rota, licet de mense Octobri m. d. xxxii.
 in vna Romana, coram D. Paulo Capisucco super hoc Ro-
 ta dubitauerit. Nam tunc causa proposita quibusdam, vide-
 retur, partem negatiuam posse defendi. Nihil tamen illo
 tempore resolutiuè conclusum fuerat. Nunc autem iterum
 de mense Nouembri m. d. xxxvii. idem Do. Paulus in
 vna alia Vrgellen. monasterij proposuit istud idẽ dubium
 in plena Rota, in qua post plures disputationes & relatio-
 nes, eadẽ 16. & 26. die eiusdem mēsis Nouēbris, duplica
 V V

Dicitur, omnes Domini voluerunt regulam istam in commendis perpetuis habere locum, quam optime pluribus rationibus & autoritatibus comprobauerunt.

In primis adducebatur ratio, quia videmus quod commendam perpetuam nostri temporis propter exuberantiam verborum, quibus hodie conceduntur, ac licentiam & facultatem percipiendi, & conuertendi fructus in usus proprios, sicut veri prelati faciunt, magis participant de collatione & vero titulo, quam de simplici deposito. Iurisperiti vero antiqua loquentia de commendis, ideo locum in istis perpetuis non habebant, quia tempore illorum iurium commendam sub ista moderna forma, qua hodie conceditur, adhuc inuentam, nec cognitam fuerant, ut late probatur quod

Moder. Bartholomaeus Cassaneus in quodam suo consilio, incipit antequam, & c. posito in commentariis suis consuetudinum Burgundiae. fol. 327. ubi late formam perpetuae commendae hodiernae discuit, quae reuera non possunt esse proprie commendae, sed tituli: quia commendam propria & vera est temporalis, quae idem est, quod depositum, quod est temporale, ut dicit text. in l. commendare. ff. de verbo. signifi. cum concord. ibi positus. Et probatur clare in ca. nemo. de elect. lib. 6. Et hoc manifeste apparet, quia commendatarius temporalis non facit fructus suos, ut tradit Aret. & alii. c. si constiterit. de accusat. Sic neque depositarius versus fructus suos: unde sicut depositarius si rei depositae ex parte fructus suos proprios faceret, proprium nec vera de

Positum dici posset: quia hoc naturam depositi adiacet, & participaret magis de mutuo, ut probatur late in notis in Mediola. in l. certi conditio. §. depositi. in 4. notis. et illum text. ff. si cert. pet. & est text. in l. 1. §. si pecunia. & notat gl. ff. de pos. Sic eodem modo si commendatarius habet licentiam conuertendi fructus in suos proprios, prout faciunt hodie perpetui commendatarii, talis commendam non est propria, nec vera commenda, sed adhuc magis ad naturam collationis & veri tituli, ut in ca. si tibi ablatum. ibi, ut tuum dici valeas. de praeben. lib. 6. Hinc est, quod hodie commendam perpetuam inducunt incompatibilitatem, & notabiliter probant Moder. repetentes in clem. gratia. de rescript. allegantes concilium Lateranense modernum. Et hodie includuntur sub expectatiuis concessis ad beneficia

natura, vt tenet Socin. in consil. 32. in 6. col. vers. & per pra
 dicta, &c. Ratio assignatur, quia licet per mortem comen-
 datarii temporalis non dicatur beneficium vacare de no-
 vo, sed vacet eo modo, quo prius: hoc tamen non omnino
 procedit in perpetua commenda, quia hodie per eam papa
 plene disponit de beneficio, sicut quando dat in titulum.
 Et ideo sicut per collationem expirat reseruatio, ita & per
 collationem in commendam perpetuam, quae in omnibus ef-
 fectum habet tituli, vt concludunt Moderni in tracta. refer-
 uationis. in 3. quaestio. principali. Et est decisio Rotae 7. de
 elect. in antiq. & decis. i. de praebend. in antiquioribus. Et li-
 cer domi. Galpar de Perulio episcopus Frequentinus, & do-
 ctor antiquus in tract. reseruationum. fol. 5. tenuerit, expe-
 ctatiuas, seu reseruaciones non capere beneficia commenda-
 data, per ea quae not. Ioan. And. in c. pen. de verb. sig. illud
 procedit in beneficiis commedatis ad tempus, iuxta dispo-
 sitionem c. nemo. de elect. lib. 6. quia in talibus beneficiis
 non datur propria, neq; impropria vacatio, & militant in
 eos omnes rationes superius scriptae. Secus est in commen-
 datis perpetuis nostri temporis, quae illis temporibus adhuc
 non fuerunt sub ista forma inuenta, in quibus propter am-
 plissimam dispositionem, quae datur commendatario, &
 verborum vbertatem in eius forma positam, in nihilo diffe-
 runt a titulo, nisi respectu nominis. Nil mirum igitur, si in
 illis habet locum expectatiuae, & regula ista, & iura omnia
 de titulis loquentia.

Dicta igitur omnia Doct. dicentium commendam non
 esse titulum, neq; tribuere possessionem, neq; ius etiam di-
 sponendi de fructibus, vt dicebat glossa, & alij sequentes
 eam in d. c. si contigerit. & aliis superius allegatis, procedunt
 in commenda temporali, in qua non datur plena dispositio,
 nec conuersio fructuum in proprios vsus: secus in perpetua,
 vt dicebat ille Mod. de Cassaneis in d. conf. quia, vt dixi, ta-
 lis commenda exorbitat a veris terminis depositi, & licet
 commenda perpetua retineat nomen commenda, vt dixi,
 effectus tamen perpetuitatis alterat naturam eius, & repo-
 nit in diuersam speciem: arg. c. statutum. de elect. lib. 6. & l.
 quiritu. §. illud. de leg. iij. Vnde sicut in contractu emptio-
 nis si venderem tibi domum hoc pacto, ne transferretur do-
 minium, licet iste contractus habeat nomen emptionis,

D effectu tamen erit locatio, vt patet in l. cum manu facta. ff. nemo. ff. de cōtrahen. emptio. Hoc enim nō aliunde procedit, nisi, quia propter qualitatem illam dominij nō transferendi, venditioni adiunctam, propria natura contractus emptionis alteratur, & in alteram speciem reponitur: verborū enim adiectio rei naturā immutat: vt in l. pediculus. §. Labeo. ff. de auro & argen. leg. Et eodem modo si donem tibi vestem causa mortis, clarum est, quod talis donatio est de sui natura reuocabilis: quia verē ista donatio est causa mortis. Vbi verō huic donationi hæc verba adproporentur, videlicet, quod mihi non liceret eam reuocare, in casu, licet nomine videatur donatio causa mortis, effectus tamen erit donatio inter viuos, vt est text. in l. si alienam.

E in si. & in l. vbi ita donatur. ff. de don. cau. mortis. cum accor. vt cumulat Ferr. cautel. 30. Hoc enim regulare est hac iuris disciplina, quod qualitas contractus non ex mutitudine nominis, sed ab ipso effectu metienda est, vt tradit Doctō. in l. Lucius. la prima. per illum textū. ff. de pō. lib. in l. vnica. §. simili modo. C. de latina lib. tollen. vbi dominus nominās seruū suū filiū, non propterea facit eum filium: quia nō attenditur denominatio, sed effectus: hinc commendis perpetuis nostri temporis est dicendum, quod ratione perpetuitatis, & plenæ dispositionis fructuum participet magis de veris titulis, quàm commenda temporales: hoc papa facere potest, qui potest naturā rei immutare, vt not. in cap. cum pridem. de pact. in glo. in vers. illicite. c. 2. §. si. Et ideo potest probabiliter teneri, quod commenda perpetua sit proprius & verus titulus. Si igitur verus titulus est, nō erit dubiū, quod sub ista regula cōprehendatur. Et pro ista opinio. videlicet quod commenda sit verus & legitimus titulus, adduci potest ratio vrgens. Nam ille dicitur verus, legitimus, & canonicus titulus, qui à lege, vel abbate mine potestatem habenti est inuentus, & habet speciale nomen perpetui tituli: cap. 1. cum ibi not. de capel. mo. lib. 6. facit text. in l. legitima. & in l. iuris gentium. in prin. ff. de pact. Sed commenda nostri temporis sunt inuentæ à canone, & à papa potestatem habenti, vt patet in ca. dudum. 2. de elect. & in cap. qui plures. 2. 1. quæst. 3. cum vulg. Ergo dicitur verus titulus canonicus: & hoc tenet Abbas in d. c. si conuiterit. colum. si. de accusationibus. & Moderan. in d. c. 6.

manu lata, si
 aliunde pro
 minij nō trā
 ara contractu
 eponitur: ve
 in l. pedicula
 modo si don
 nōd talis don
 ita donatio et
 verba adpon
 in reuocare, p
 mortis, effect
 in l. si alienam
 mortis, cum
 regulate cha
 is non ex h
 da est, vt p
 si ff. de postu
 llen. vbi dicit
 cerea facit em
 effectus: h
 licēdum, quō
 is fructus p
 iā tēporalē
 ei immutari
 er. illi cōm
 cōmenda per
 r verus tūc
 endatur. Et p
 verus & leg
 lam ille dicit
 lege, vel ab
 et speciale no
 pel. mo. lib. 6
 . in prin. ff. de
 inuētā a cano
 n ca. dudum
 um vulg. Ege
 Abbas in d. c.
 Moder. in cō
 nā

men. i. in colum. de sequestr. posses. & fruct. Et tenet Milis A
 in verbo, Cōmenda. & Ioan. Baptista de Sancto Seuerino
 in tract. pensio. quaestio 26. Et idem tenet Collectarius in
 cap. si de filiis presby. & probant Moder. in quadam para
 phrasi ad eundem Collectarium in d. c. dudum, & Archid.
 post Hostien. & Guliel. in d. c. nemo. & idem tenet Abb. in
 cap. cum olim. in penult. col. de rerū permuta. & latius Pe
 trus de Vbaldis de Perusio, post Imol. in 5. col. in ca. si. co
 dem titu. & Archid. in cap. si propter. in fine. de rescrip. lib.
 2. Pro quibus videtur text. in cap. cum nobis olim. in si. de
 electio. vt declarat Abbas in ca. querelam. in primo nota
 bili. eo d. tit. & hoc in ratione consueti, quia inter signa ve
 ri & legitimi tituli est perpetuitas, & fructuum dispositio,
 vt habetur in cap. 1. de capel. mona. libr. 6. Et not. Cald. in B
 consil. 30. titu. de prabend. & not. in cap. si. de pec. cle. & in
 consil. 2. de offi. ordi. libr. 6. & tradit latius Petr. de Anch.
 in cap. 1. eo. lib. Et tamen illa duo interueniunt in cōm
 enda perpetua. De perpetuitate clarum est. de dispositione
 fructuum etiam nō est difficultas, cum hoc verbis latissimē
 in forma hōdierna cōmendæ perpetuæ cōtineatur, vt tra
 dit And. Sicul. in cōs. 2. volum 2. Et latius Troilus de Mal
 uentis in quodā suo notabili consi. posito post repet. l. quo
 minus. de flumi. Ias. aliās post tract. de sortibus eiusdem
 Troili, quem latē refert Moder. Lambertinus in tract. iur.
 patron. fol. 2. cum concord. traditis per Moder. Bar. Caf
 laneum in prædicto consi. Et ista dispositio plena fructuum,
 adeo competit commendatario perpetuo, quod dicit no. C
 tabilitate Præpos. in c. in 6. col. 44. distin. q. sicut veri præ
 lati habentes verum & proprium titulum faciunt fructus
 suos, adeo q. si eos consumant in malos vsus, nō tenean
 tur ad restitutionē, per ea quæ notat Hostiē. Car. & Imol.
 in cap. si. de pecul. cleri. ita & commendatarij perpetui fa
 ciunt fructus suos, neq. ad restitutionem tenentur, quia
 cōmenda nōstri temporis pro titulis habentur.
 Hinc est, quod sicut verus Prælatas potest fructus bene
 facti sui locare ad plures annos, ita etiam & cōmendatarij
 perpetui, vt dicit Calder. in consil. 8. titu. de locato. Et sicut
 impetrans tenetur facere mentionem de titulo suo, ita etiā
 de cōmenda, qui est verus titulus, vt tradit idem Calder.
 consil. 6. titu. de prabend. cum concord. quæ cōgerit quæ
 V V ij

Dam Moder. Stephanus Beltrandus in 3. volum. consil. no-
uiter impressorum, consil. 235. incip. etiam si commenda. &
est regula Cancellariæ 41. quæ hoc statuit.

Ex quibus omnibus inferitur, quod dispositio loquens
de titulo, habet locum in cōmenda perpetua, vt tenet Do-
in consil. 17. colum. fin. Abbas in ca. cum olim. colum. pen-
de rerum permut. & videtur sentire Philippus Perulini in
d. cap. nemo. colum. fin. Et hoc latius probat And. Sicilius
consil. 2. lib. 2. vbi latè cōsultuit, quod dispositio cap. quō-
niā Abbas. de offi. deleg. quæ loquitur simpliciter de pra-
lato titulari & vero, habeat locum in commendatario. Et
idem tenet Decius in dicto cap. quoniā. in 4. colum. vers.
& ista tertia conclusio. Et sequuntur Moder. Taurinensis

E rubrica. ff. de offi. eius. Si igitur hoc in dispositione d. cap.
quoniam. receptum est, à fortiori procedit talis interpreta-
tio in ista regula, quæ habet aliqua verba prægnantia
comprehendere commendam, etiam si non esset proprius
titulus, vt patet in illis verbis regulæ, prouisio, &c. Et
seu quauis alia dispositio, quæ verba cōprehendit omni-
speciem titularum, vt tradit in ca. cum in illis. de præben-
lib. 6. & per gl. in clemen. fin. in versi. prouisioni. de elect.
cum vulg. Nam si in d. c. quoniam. quod loquitur in com-
missionibus quæ sunt stricti iuris, secundum gl. in cap. ad
in c. dispendia. & in cap. statutū. cum aliis vulg. de rescrip-
lib. 6. cōprehenditur commendatarius, à fortiori sub regu-
la nostra, quæ est possessorib. fauorabilis, & per cōsequens

Extendenda comprehendendi debet. Et tota ista dispositio,
quæ facta est circa istud dubium, fuit, propter regulam be-
noc. quæ loquitur indistinctè. Sed quo ad regulam Hadri-
ani, & Pauli. 1. 1. nunc feliciter regnatis, quæ simul conue-
dant, nulla esset difficultas, quod sub talibus regulis com-
menda comprehendatur, ex eo, quia habet quedam verba,
quæ non sunt in aliis regulis prædecessorū, quæ prius fue-
runt posita per Hadrianum ad tollendum istud dubium, vt
in parte negatiua dixi. Verba enim sunt ista, videlicet, et
quouis titulo Apostolico, &c. quæ verba cōprehendunt com-
mendam, siue illa sit proprie titulus, siue improprie. Sed
quia in aliis regulis illa verba scripta non erant: id eo hinc
hoc sapius fuit laboratum, vt ex superius dictis adparet.

Non tamen iudicio meo erat laborandū, si diligenter

& vis commendæ perpetuæ considerata fuisset, quæ A
 multiplici ratione sub illa regula comprehendi debuit, nō
 solum quia est propriè titulus canonicus, vt Moder. tradit
 in repe. cap. 1. fol. 11. col. 1. de rerum permut. libr. 6. cum aliis
 superius allegatis, sed etiam quia, vt dixi, verba regulæ hoc
 includunt. Hinc est, quod raræ admodum dispositiones in
 his continentur, quæ loquantur indifferēter de titulis be-
 neficiorum, in quibus commenda perpetua nō includa-
 tur, siue ex mente, siue ex verbis. Nam vltra prædicta vide-
 mus tex. in clem. fin. de procur. qui simpliciter loquitur de
 prebato, per cuius obitum mādatur expirat, habere locū
 in commendatario perpetuo, secundum Zenzeli. & Imo-
 lara, cum quibus Io. Franc. Paulinus quondā Rotæ auditor
 transire videtur in tract. de offic. & pot. cap. sede vac. in 3. B
 quærit. colum. 4. & tamen verba dictæ clem. hoc non præ se
 ferunt, ex mente tamen hæc interpretatio sumitur.
 Pari modo text. in c. 1. de fil. presbyter. libr. 6. qui dicit epi-
 scopum non posse cum illegitimo in curato beneficio di-
 spensare, procedit etiam in cōmenda, licet verba text. hoc
 non dicant, vt firmat Collectarius in cap. fi. colum. 1. in fi.
 cōd. titu. in antiq. Sic etiam text. in cap. quæsitum, cum si-
 milibus. de rerum permut. disponens permutationē tituli
 licet posse cum alio titulo, habet locum de commenda ad
 commendam, & de commenda perpetua ad titulum, licet
 text. nihil de commenda dicat, secundum Petr. de Perusio
 ibi, & in c. fin. eod. titu. post. Imol. ibi in 5. colum. & firmat
 huius d. Pet. Andreas quondam Rotæ auditor in repe. c. 1. C
 fol. 1. colum. de rerum permut. libr. 6.

Et eodem modo text. in cap. edoceri. de rescript. de præ-
 lato loquens, procedit etiam in commendatario, vt ibi
 Decius dicit in finalib. verbis.

Similiter est dicendum in dispositione tex. c. statutū. de
 rescript. libr. 6. quæ disponit causā à sede Apostolica cōmit-
 tendas existentibus in dignitate, procedit etiam in com-
 mendatariis perpetuis, vt modernus stylus habet, & ibi la-
 tius dixi post Pet. Vercellen. & alios antiquos, pro quibus
 conferūt motiua Barbatæ in d. consil. 2. Et hoc tenet Mo-
 derti Purpurati. in l. 1. in 33. col. ff. de offic. eius. vbi vnum
 aliud inferunt, q̄ sicut Abbates titulares, terras & iurisdic-
 tionē habētes, dicūtur clarissimi, secundū Bal. in l. 1. §. his



Dunalibus. circa med. ff. de offic. praefect. prat. Ita & commendatarij perpetui, propter omnimodam dispositionem, quae hodie illis in literis tribuitur, clarissimi dici possunt. Hinc est, quod talis commendatarius potest locare bonum monasterij sicut titularis, vt dicit Calder. in consil. 8. titulo de locato. non obstat. quod in illo vulgato libro (vbi) de practica cancellaria dicatur contrarium: quia illud procedit in commendatario temporali, vt latius ibi dixi.

Simili modo text. in cap. 2. de praebend. & alia iura, quae volunt episcopum non debere aliquem ordinare, nisi habeat titulum vnde viuat, procedunt, & habent locum in commendis perpetuis, quae appellatione tituli comprehenduntur. Ita Dominic. post Lapum in cap. penul. in 2. col. vers. quid de habente. de tempo. ord. lib. 6.

Et etiam adparet, quod dispositio cap. cum illorum sentent. excommunic. loquentis de Abbate & Priore, sit sit odiosa, procedit etiam in commendatario & administratore, vt ibi sentit glossa in verbo, Abbatē. sequitur Decretum in dicto cap. edoceri. in fine.

Facit etiam: quia videmus, quod capitulum sede vacante non potest conferre beneficia, & licet possit ad tempus commendare: quia tunc non dicitur conferre, vt tradunt omnes in cap. 2. ne sede vacante non poterit tamen perpetuo commendare: quia talis commenda se habet ad instar collationis. Ita dicit Prapof. in c. presbyteri. in 2. col. 24. distinct.

Et idem dicimus de text. in cle. 1. de supp. neg. praebend. simpliciter loquitur de collatione facienda per ordinationem infra sex menses. & tamen procedit etiam in commendatario, quod est fortius, vt tradit Card. in clem. quia contra quod vt autem. de religio. domib. sequitur Cardi. Alexan. in cap. si quis. colum. penul. 58. distinct.

Plus etiam voluerunt aliqui, quod si commendatarius perpetuus moreretur in curia, comprehenderetur sub dispositione cap. 2. de praebend. lib. 6. super quo nihil allegabo ex eo, quia modo dubium pendet coram eodem domino Paulo in dicta causa Vrgelen. Monasterij, super quo aduocati hinc inde ardentissime disputant.

Et eodem modo videmus, quod sicut per collationem papae expirat reservatio, vt est decisio x. & ii. de praebend. in no. & 24. eod. tit. in antiq. & tenet Lapus in allegat. cap.

incip. Anastasius. col. penult. sic etiã referuatio expirat per A.
 comendã perpetuam, per quam sicut per collationẽ vide-
 tur extingui vacatio: secus per commendam temporalem.
 ista est notabilis decis. in antiq. 7. titu. de elect. & prima in
 antiq. 10. tit. de præb. quæ sunt corrupta vitio impressorũ,
 vt adparet per rationem, quam reddũt, de qua ibi videas.

Sic eodem modo videmus, quòd dispositio c. cum apo-
 stolus. cum simil. de censibus. volens Prælatos posse à sub-
 ditis eorum exigere charitatum subsidium, procedunt
 etiam & habent locum in commendatariis perpetuis, vt
 probat Bart. Belenzinus in tract. de chari. subf. quæst. 6. per
 Card. in cle. fina. in 12. quæst. de procu. Tempus pariter, &
 papyrus deficerent, si singulos iuris casus de Prælatis, &
 dignitatibus loquentes, qui habet locum in commendis, B
 enumerare vellem, de quibus aliãs quendam epilogum fe-
 ci ad dictum ca. nemo. Ideo ista exempli loco sufficiant.

Ex quibus facilè quis intelligere potest, quòd commen-
 datarij perpetui secundum modum hodiernũ, habet ean-
 dem effigiem, quo ad iuris dispositionẽ cõprehensiuam,
 quam habent veri prælati titulares, licet in quibusdam dif-
 ferant, quæ non offiunt præsentĩ decisionĩ. Et ideo non
 immeritò videmus Rotam sepius tenuisse eandẽ inter-
 pretationẽ, quo ad aliãs regulas. Nam regula de infirmis
 relig. de idiomare. de annali de præstan. consensu cardina-
 lum. de publicandis resignationibus. de verisimili noticia
 obitus. de non tollendo iure quæsto. & similes, procedũt
 in commendis perpetuis, vt sapius Rota iudicauit, vt ibi C
 dixi non video igitur rationem, quare ista etiam regula,
 quæ est fauorabilis, non pariter habeat locum in eis.

Postremò, ne aliquid remaneat intactum, ponamus etiã
 pro constanti, quòd titulus commendæ perpetuæ nõ esset
 ita proprius, sicut alius, cur ex similitudine rationis non
 debeat dispositio istius regulæ loquentis simpliciter de ti-
 tulo, etiam extendi ad titulum improprium, cum sit fauo-
 rabilis: non video, præsertim quia in similibus casibus ta-
 lia interpretatio secundum communes regulas recipitur,
 vt patet in cap. statutum. de rescript. lib. 6. quæ loquitur sim-
 pliciter de dignitate, & tamen Docto. voluerũt, quòd ex-
 tendatur ad dignitatem largo modo sumptã, vt dicit Are-
 tin. in consil. 24. in præsentĩ cõsultatione. colum. prima. &

D Andr. Sicul. in consil. 40. lib. 1. Et eodem modo text. in c. 1. de elect. lib. 6. qui loquitur de electionibus conditionalibus, habet locum in praesentationibus clericorum, licet sint inter se differentes, ut dicit Felynus in cap. inter cetera in 3. colum. de appel. & in cap. cum Bertoldus etiam in 3. col. de re iudic. Et text. in cap. auaritia. licet si poenalis, extenditur ad praesentatum ministrantem, ut tenet Lapsus in allega. 8. & late Curtius in tract. iur. patron. in versi. honorificum. in 39. quaestio. Et iudicauit Rota in vna Salamantina. capellaniae coram R. P. D. Marcello. 13. Ianua. M. D. XXXII. ut ibi latius dixi. Plura sunt iura, quae breuitatis gratia omittuntur, in quibus fit extensio de casu proprio ad improprium, sublata significatione vocabuli: iuxta vulg. l. filium habeo.

E ff. ad Maced. quae si considerentur in casu nostrae regulae, non erit dubium quin idem dicendum sit in commenda de qua loquimur.

Sed nolo tantum inniti extensioni, quae etiam in portulibus & odiosis solet habere locum, ut exemplificat Iason in l. fina. §. colum. fina. ff. de in ius vocan. ne querere modicata suffragia videamur. Sed dico hoc ex ratione, & etiam mente istius regulae apertissime colligi, duplici alia ratione ultra praedictas superius adductas.

Primae est, quia negari non potest, quod regula ista secunda communem interpretationem Rotae & curiae, non solum habet locum in titulo totaliter vero, sed etiam in titulo colorato, quae extensio fuit in causa, quod privilegium istius regulae ad innumerabiles poenae casus sit dilatatum & extensum, ut ex discursu quaestionum istius Commem. potest intelligi. Et tamen nemo negabit titulum commende esse titulum saltem coloratum, quando commenda est perpetua, & conceditur ab eo, qui alias habet potestatem commendandi, iuxta communes regulas, de quibus in cap. cum nostris. de concess. praebend. Si ita est, nulla erit difficultas, quod talis commenda comprehendatur sub regula. Nam etiam illi Doct. qui tenuerunt commendatarii non esse verum praelatum, nec facere fructus suos, non negauerunt eundem habere titulum canonicum: quia hoc negare non poterant, cum sit vnus de modis prouidendi ecclesiis inuentus a canone. Ergo erit titulus coloratus & legitimus, ut alias est dictum. Et quod ista opinio sit verissima, videtur

videtur suadet: quia secundum interpretationem Rotæ A
 ista regula procedit in titulo præsumpto, qui est titulus nõ
 visibilis, nec palpabilis, nec proveniens ex provisione ali-
 cuius ordinarij viuentis, sed ex solo cursu tēporis. 10. anno-
 rum, vt in c. illud. cum vulg. de præsumpt. Et de quo titulo
 regula ista nullam facit mētionē directē, nec indirectē. Et
 tamen voluerūt Domini, quòd ille titulus sufficiat ad pro-
 ducendū exceptionē istius regulæ, vt dicā latius in alia q.
 Quantò igitur à fortiori habebit locū in isto titulo visibili
 & adparenti, de quo regula videtur mentaliter & verbaliter
 cogitasse, per ea quę superius dicta fuerūt: Concluden-
 dum est igitur regulā habere locum isto casu. Et ita Domi-
 ni istā opi. tenuerunt & firmarunt in prædicta causa Vrgel-
 en. Monasterij post geminatas propositiones die 16. & B
 16. Nouem. M.D.XXV.II. coram eodem domino Paulo.

It ex istis sequitur vnum aliud valde norabile, de quo
 fuit etiam factum dubium in Rota in dicta causa Vrgelen.
 per eundem d. Paulū, videlicet, quòd attento, quòd commēda
 perpetua est titulus canonicus, morte commēda-
 tarij inducetur noua vacatio, adeò, quòd si commēda fuit
 facta in curia de beneficio alibi vacanti: ibi moriarur com-
 mendatarius, dicetur ibi beneficium vacare quo ad effe-
 ctum reservationis, c. 2. de præben. lib. 6. in quam opi. qua-
 tuor ex Dominis inclinabant, tres verò alij tenebant con-
 trarium, & pōderabatur dictum Lapi hoc tenentis. in d. c.
 nemo, & in quibusdam additio. ad Federicum in trac. per-
 mut. q. 15. & etiam illud, quod dicit Rota in antiquis decif. C
 7. de elect. quæ præsupponit per commendam perpetuam
 desinere vacare beneficium, vt prius, quia videbatur iam
 plenum sicut per collationem, non sic per cōmendā tem-
 poralem, vt iidem Domini latius hoc notant in antiquo.
 decif. 1. de præben. Et quòd tali casu commenda perpetua
 operetur eūdem effectum quem collatio, patet: quia sicut
 per collationē extinguitur reservatio, vt dixi superius: ita
 etiam per commendam perpetuam, vt Moderni tradūt in
 tract. refer. in tertia parte, effectu. 31. post Socin. consil. 32.
 in 6. colum. & quia, vt dixi, gratia ad beneficia vacatura
 comprehendit beneficium vacans per obitum commēda-
 tarij perpetui, vt Socinus tradit in dicto cōs. 32. post Rom.
 consil. 150. & tenet Collect. in c. penult. in 1. col. de ver. sig.

D Et tamen tex. in d. c. 2. loquitur de beneficiis vacantibus. Et ista omnia de plano procedunt, quo ad superius dicta quo ad alia vero quae concernunt statum ecclesiae, commendatarius non aequiparatur titulari, cum debeat subire cura, & conseruare ecclesiam in eodem statu, neque illum mutare potest, vt dicit Abb. in c. querela. in 1. notab. de elect. & in c. de monachis. de praeb. vbi reprehendit cardinales habentes ecclesias commendatas, qui hoc negligunt.

QVAESTIO SEXTA.

QVAERO, quia dicitur hic, Quaecunque beneficia an regula procedat in officiis?

SOLVTIO. Si sunt officia ecclesiastica, de quibus loquitur tex. in c. cum accessissent. de constit. & in capitu. consulere. de simo. non est dubium regulam habere locum, quia hoc verbum beneficium, in materia fauorabilis possessoribus, latissimè debet impetrari, prout in cap. de reg. iur. libro sexto. Et ita expresse cautum de officiis huiusmodi reperitur in decreto concilij Basilien. vnde originem traxit ista regula, vt saepe dictum est. Si tamen officia essent temporalia, licet solita dari clericis, sub regula non comprehenderentur, vt dixi in regula de annali, & in regula de infirmis resignantibus. licet posset dici, quod ratione illius dictionis Quaecunque, hic posita, posset includi angustiorum, quae dicit Fely. in tract. quando lit. ap. stol. col. 4. versi. ampliatur quarto. & quae dixi supra in 4. q.

QVAESTIO SEPTIMA.

QVAERO, an ista regula comprehendat hospitalia?

SOLVTIO. Ista quaestio saepe tempore Sixti, Alexandri, & etiam tempore Iulij coram Alexandro ventilata fuit, in causa hospitalis S. Laurentij Caltrinae, & fuit datum dubium nunquid ista regula in hospitali locum haberet. Super quo dubio scripsit quondam bo. mo. Laurent. Puccius Pisis dum cathedram regeret, ac postea Romae, ad quam causa dicti hospitalis venit, quae per obitum cuiusdam Simonis impetrauerat. Et hic agendo, ac postea per plures annos practicae operam dando per plures labores perpeffos Card. Sanctorum quatuor creatus fuit. Sic itaque contra eum opponebatur de regula, & inter plura motiua, quae breuitatis causa non recedunt, tunc fuit dictum regu. non habere locum in hospitali, ubi

ratione: quia omnis dispositio in dubio debet interpreta-
 ri ut potius concordet cum iure communi, quam quod sit
 contra ius commune. c. cum dilectus. de consue. c. causam.
 de rescri. l. i. C. de noxal. Sed de iure communi appellatio-
 ne beneficii non venit hospitalis, ut in cle. per literas. de
 præb. ergo nec ista regula loquens simpliciter de bene-
 ficio, debet interpretari de hospitali.

Præterea istam opin. tenent domini Abbreviatores de
 Parco, qui indifferenter literas super impetrationibus ho-
 spitalium per triennium, & ultra pacifice possessorum ex-
 pediunt. Quod non facerent, si regula in illis locum non
 haberet. Nam Cancellaria expediendo literas decernit,
 nec solet literas litigiosas expedire. Ex quo mentem papæ
 interpretari dicitur, & certum decernere, non sub dubio. **B**
 Et ideo dicimus, quod ea, quæ in Cancellaria fiunt, in
 consistorio papæ fieri dicuntur, ut dicit decisio. 362. in no-
 vis. Ex quo igitur ibi literæ de hospitalibus etiam trien-
 nio possessis conceduntur, adparet manifestè, regulam lo-
 cum non habere, & huiusmodi Cancellariæ interpretatio
 facit stylum pro iure habendum, iuxta vulg. c. quàm graui.
 de crim. fal. Et ita residet præfatus reuerendiss. D. Cardi.
 in dictis suis allegationibus.

Quid dicendum? Puto in hac materia distinguendos esse
 duos casus. Primus quædo hospitalia dantur in titulum be-
 neficii, & tunc non erit dubium regulam istam comprehendere
 de hospitalibus, per ea quæ not. in cle. quia contingit. §. ut au-
 tem. de relig. domib. & tenet Feder. in trac. permut. quæst. **C**
 14. sequitur Dec. in rubri. de rescrip. col. fi. Secundus casus,
 quando non datur in titulum beneficii, sed datur ad hoc, ut
 eius redditus distribuantur in usus pauperum, de quibus re-
 scri. tenetur reddere rationem, tunc procedunt allegata su-
 perius, etiam si regula loquatur per verba generalia Qui-
 buscunque, ut dicit gl. fin. in cle. per literas. de præbend. Et
 ita pro ista declaratione istius regulæ in specie distinguit
 Glossator concilii Basiliensis. ti. de pacif. poss. in verbo. benefi-
 cium. & ante ipsum Nicolaus Milis in suo Indice. in verb.
 Hospitalia. versi. antepen. & in verbo, Beneficiū. Sed Fely.
 in c. de quarta. in quinta col. de præscri. circa hoc videtur
 sentire contrariū, dum vult, quod quando dispositio iuris
 communis, siue regularum continet materiā favorabilem

D & extēdibilem, & loquitur per verba generalia, videlicet, de quibusvis beneficiis, comprehendit etiā hospitalia subiecta episcopo, licet solita gubernari per laicos: quia largo modo sunt beneficia, vt dicit Card. in clem. 1. in 6. q. de sequetr. poss. Et ita dicit se pridie obtinuisse in Rota, in causa propria. Nam Rota voluit regulam Cancellarie, no. 24. habere locum in hospitalibus simili modo concessis. Ita cōcludit ibi Fely. licet latius super hoc diuagetur, quae omnia quadrare videntur ad istam regulam, cum sit favorabilis possessoribus, & loquatur per verba vniuersalia.

Tamē ego de isto dicto multum dubito. in primis, quia ista regula licet loquatur vniuersaliter de quibusvis beneficiis: tamen illa vniuersalitas restringi debet ad beneficia, quae est apostolica vel ordinaria collatione, electione, & confirmatione, aut presentatione, & institutione obtinentur, & sic ex titulo praëambulo. Sed quando hospitalia conceduntur laicis gubernanda, non dantur in titulum beneficij, sed cuiusdam administrationis temporalis, ideo regula in illis non procedit. Et licet regula 24. in huiusmodi hospitalibus locum habeat, secundum quod refert Felj. pronuntiatum fuisse, hoc ideo factum fuit, quia illa regula non restringit se ad certam speciem titulorum, sicut illa. Et ideo in ea diuersa ratio concurret. per hoc tamen generaliter inferri non debet ad alias regulas. Et per ista declarantur ea, quae dicunt Moder. in tract. Benef. in 3. pag. 57. & in 6. q. primae partis, & seq. Et redditur dubia conclusio And. Sicul. consil. 64. libr. 3. qui voluit clem. literas non habere locum in gratiis favorabiliter concessis, non distinguendo titulum a non titulo.

QVAESTIO OCTAVA.

QVAERRO, an reg. ista habeat locū in beneficio vniuersali. **S**OLVTIO. Iste casus accidit tēpore Sixti in vna Burgen. Scholastriae, vt meminit Ioā. Aloisius Tascanus aduocatus primarius illorum temporum, in primo volu. consi. suorum, consi. incipiens. An constito quod dominus, &c. in secundo dubio. folio 29. Et breuiter concludit quod regula ista locum non habeat. Nam tunc fuerat vnica quaedam beneficia Scholastriae ad perpetuā rei memoriam pro pueris erudiendis post obitum cuiusdam Ioannis de Velasco, qui illa possidebat. Itaque mortuo

anne statim vnio sortiebatur effectum. Accidit, quòd post A
mortem Ioannis quidam Alphonfus dicta beneficia tan-
quam vacantia impetrauit, & ea per triennium possedit,
qui conuentus per Scholasticum exceptit de ista regula:
fuit dubitarum, nunquid esset exceptioni locus?

Tota difficultas huius dubij consistit in hoc, an per obi-
tam Ioannis dicantur beneficia vacare? Nam tenendo,
prour verum est, quòd non vacant, cum iam ipso iure re-
periantur vnita dignitati, impetratio non valebit, nec pos-
sederi poterunt beneficia, quæ non vacant, nec sunt: quia
per vnionem extinguitur & supprimitur nomen, & effe-
ctus beneficij, vt tradunt Doctor. in cap. cum accessissent,
de const. & glo. in clem. per literas. de præbend. cum con-
cor. traditis per Ioan. Baptist. de sancto Seuerino, in tract.
vnio. articul. 8. q. 11. & sequen. & quia non agitur amplius, B
ve de beneficijs, sed vt de prædio, seu proprietate, iuxta
not. in clem. dispensiosam. de iud. & in clem. 1. de seq. poss.
& fruct. vt declarat notabiliter Oldr. consil. 257. in 5. & 6.
olum. Et verba istius regulæ quæ loquuntur in beneficijs
possessis non possent in talibus vnionibus verificari: quia
nec sunt beneficia, nec possideri possunt. Cum ergo in il-
lis non concurrat qualitas requisita in regula, cessat eius
dispositio, argu. capitu. 1. de homicid. lib. 6.

Quòd autem talia beneficia non dicantur vacare, vltra
prædicta, tenet etiã Io. And. in clem. 1. de rescript. & in clem.
1. de sup. neg. prælat. & in clem. frequens. de excess. prælat.
Federicus in trac. permut. quæst. 33. & decisio. in nouis 237.
Sicigitur prædicta beneficia non vacant, nec sunt in rerum C
natura, cum sint extincta & totaliter suppressa, possideri
non possunt: quia non entis nullæ sunt partes, vulg. l. e-
rus ff. si cert. pet. Regula igitur ista, quæ loquitur de bene-
ficijs possessis, non habebit locum in talibus. & ita seruat
Cancellaria. Et istam opi. pro indubitata tenet hîc Domi-
Melchior aduocatus suorum temporũ, cui non secundus,
in quibusdam adnotationib. ad reg. Hadriani, licet ibi vi-
deatur, in vnione ad vitã dubitare, quæ non ita extinguit
titulũ, sed supprimit ad tẽpus: sed ego idẽm dicerem, quia
respectu illius tẽporis inducitur idẽm effectus, & argumẽ-
tum de toto ad partẽ, valet etiã respectu temporis, vt in l.
si cui. in prin. versu. perinde. & ibi notat Bald. ff. de leg. 1. &

D sequitur Iaf. in l. diuortio. §. quod in anno. in secundo notabili. ff. solu. matr. cum concor. vt scribit Decius in l. cuius effectus. ff. de reg. iur. & dixi in simili in §. penales. num. 35. intitit. de act. Quicquid tamen sit, in vnione perpetua hoc receptum est, q̄ regula ista locum non habet & ita in specie tenuit & iudicauit Rota, prout manu propria adnotauit hic D. Dominicus de Iacobatis auditor Rotæ primarius, & postea Card. in quibusdam suis apostillis, quæ adhuc hodie seruantur apud reuerendissimum dominum Christophorum Iacobatum cardinalem, eius nepotem.

QVAESTIO NONA.

QVAERO, an habeat locum ista regula in beneficio iuris patronatus?

ESOLVTIO. Patet ex verbis istius regulæ, ibi, presentatione, aut presentationis institutione. Tamen magis dubium est, si ille qui possidet triennio beneficium ex collatione ordinarij, quod præ tenditur esse de iure patronatus, à presentato per patronum, à die notitiæ, quod fieri potest, & possessor excipiat de ista regula: tunc est dubium, nunquid defendat possessorem cum collatione ordinarij in beneficio, quod verè est de iure patronatus: Et ad hoc resolutio capi potest ex iis, quæ dixi in regula de annali q. 27. ibi videndum est, ne bis idem repetatur.

QVAESTIO DECIMA.

QVAERO, an possidens duo beneficia curata per triennium, & sic incompatibilis, seu execrabilis, non promotus infra annum ad sacros ordines, iuxta c. licet. & c. commissa. de elect. libro sexto. defendatur ista regula?

SOLVTIO. Ista duo dubia proposita saepe per me in Rota fuerunt, in causa Regien. Plebania, vertente inter Ludouicū de Milanensis ex vna, & Andream de Canosa ex altera. Et quia sunt dubia magni momenti, super quibus verba que partis aduocati longo tēpore informarunt, & illa de mandato Rotæ in pūctis data fuerunt nouiter auditorandis, videlicet, dominis Hieronymo Nouato, & Petro Andree de Ripantis priori Esino, qui super prædictis dubis, iuxta stylū & morē antiquū Rotæ, omnes dominos informarunt, ad effectū, vt doctrinæ periculū faciēdo, habiles se ostēderēt. Et ob eam causam quilibet eorū dubij dati partem

trariam accepit: quorum disputatio illis inutilis fuit, ex eo, A
quia propter nouam concessionem, & concursum aliorum
plurium mandatorum, alij loco eorum, de mandato papa,
ad aduocatus locum recepti fuerunt, videlicet, Do. Ray-
naldus Petrus, & D. Hieronymus Auerooldus. Itaque su-
per isto dubio facto calculo, vltra procuratores plures, sex
aduocati pro vtraque parte ista dubia disputarunt, prædi-
cta computatis: inter quos fuit Reuerend. D. Ioannes Pau-
lus tunc aduocatus, & nunc dignissimus auditor, & Dom.
Antonius Gabrieli.

Opponebat igitur in primis Ludouicus actor, Andrea
deo curata beneficia possedisse: item quod promotus in-
tra annum ad sacros ordines non fuerat. Andreas verò de
ista regula excipiebat: Ludouicus replicabat, regulam non
vteri execrabilem, & non promotum, ex eo, quia non ha-
bebat titulum coloratum.

Dubitatum fuit, quid iuris? Pro parte negatiua, videlicet,
regulam istam, execrabilem, & non promotum minimè tue-
ri, adducitur in primis decisio in puncto docti cuiusdam
Closatoris in commento concilij Basiliensis inserto in pra-
gmatica Francia, sub titulo de pacifico possess. concludentis,
execrabilem regulam istam non defendi, illa ratione, quia ex
quo ipso iure priuatus est titulo, per cap. de multa. & extra
de execrabilibus. titulum coloratum non habet, qui neces-
sarius est, quo ad istam regulam, quæ expressè titulum co-
loratum requirit, vt adparet ex decreto dicti concilij Basi-
liensis. à quo ferè ad literam est sumpta ista regula. C

Addo, quod istam etiã opinionem defendebat Melchior
de Baldassinis, aduocatus in vna Monasterien. præpositura.
coram D. Guliel. vt adparet in quodam suo consilio. Nec
collabat ei, regulam istam excipere duos casus: quia respõ-
debat regulam loqui de colorato titulo collationis, institui-
tionis, seu confirmationis, &c. Et exceptio etiam loquitur
de eodem titulo colorato, secundum modos enarratos hic:
qui quidem titulus in illis duobus casibus exceptis in regu-
la non suffragatur, vt hic dicitur. Sed vbi daremus aliquem
carere omnino titulo, vt execrabilis, tunc non haberet lo-
cum ista regula, quæ præsupponit tam in dicto suo, quam
inceptione, titulum aliquem coloratum adesse.

Præterea, pro ista opin. facit, quia per acquisitionem se

De cunctis incompatibilis videtur quis renunciare primo, ut dicit text. in clem. gratia. de rescript. Et per renuntiationem perditur civilis & naturalis possessio, ut in decis. tit. de renunt. in nouis. Et dato, quod insitit de facto in detentione rei, à qua non possit amoueri nisi citatus, ut in c. licet. de prabend. lib. 6. tamen ista detentio sine adminiculo non operatur aliquem effectum regulæ. Vnde sicut si expressè execrabilis renunciaret primum beneficium, & post renuntiationem detineret triennio idem beneficium renuntiationem sine alio titulo, non haberet locum regula: ita & in tacita renuntiatione causata ex adeptione secundi in comparatione. Nam inter tacitam & expressam renuntiationem in beneficiis non est differentia, ut notat Abb. & alij in cap. Ex ore. de iis, quæ fi. à ma. par. cap. Hæc Melchior.

Accedit, quia omnis qui est priuatus à iure, vel ab homine, ipso facto dicitur habere discoloratum titulum, rite post alios probat Felyn. in c. in nostra. in 36. corr. in parte de rescript. Sed habes duo curata, est huiusmodi. Igitur debet ab ista regula defendi, quæ requirit titulum coloratum. Et quod execrabilis non habeat coloratum titulum, nec coloratam possessionem, tenet expressè Dominus Ioan. de Ligna. & alios in c. licet episcopus. de prabend. lib. 6. & in consil. 86. in ultim. colum.

Præterea, pro ista opinione facit: quia licet regula in excluderet contra istum possessorem omnem allegationem nunquam tamè intelligitur exclusa allegatio inhabilitatis personæ. gl. & Bart. in l. 1. §. vnusquisq;. C. de sacrosanctis eccle. & in l. 1. §. nuntiatio. ff. de oper. noui nüt. Sed possidens duo incompatibilia, effectus est inhabilis ad obediendum per extrayag. execrabilis. ergo talia beneficia censeantur exclusa à priuilegio istius regulæ: quia ex quo non est legitima institutio, non potest dari possessio. c. 1. de reg. iur. lib. 6. & ista regula neminem sine possessione tuetur.

Præterea, quia contendens se priuilegiatum ratione cuius qualitatatis, tenetur illam qualitatem probare. L. 1. §. vnusquisq;. ff. de testamen. mil. Cum igitur ad effectum istius regulæ requiratur possessio triennis, ratioque ad cuius canonicam institutionem, eo ipso, quod adparet ad titulum canonicum, & sic deficiente illa qualitate, deficiat possessio: & per consequens cessat regula. Quod autem

illa deficiat, adparet manifestè: quia cum ius resistat ta
 possessioni, talis dicitur potius occupator & intrusus, A
 quam possessor. cap. ad decimas. & ibi not. Lap. de rest. spo
 lib. 6. & Bald. in l. i. C. de appellat. & in l. si de proprietate
 C. si a non compet. iudic. Non enim iniustum, sed iustum
 possessorem defendunt leges, ut in cap. i. ibi, non de omni
 possessore, sed tantum iusto, per quos fiat inuestitura. Nā
 possessio nihil aliud est, quam ius resistendi rei non prohi
 betur possidendi, ut diffinitur per Bart. & cōmuniter Docto.
 in l. si de acquir. posses. Nec obstat, istū execrabilem ha
 buisse titulum ab illis, qui dare poterant: quo casu dicitur
 verus coloratus, qui sufficit ad istam regulam, iuxta vulg.
 dictum Hostien. in c. dudum. de elec. & omnium in c. cum
 possis de concess. prab. quia ad hoc respondetur, quod li B
 esse titulus esset bonus, & coloratus antequam esset la
 psus mensis post adeptionē secundi: vbi tamen lapsus est
 mensis infra quē non tenuerunt primum in manibus or
 dinari, illi tituli reducti sunt per extrauag. execrabilis. ad
 non titulu, & sic cessat qualitas tituli colorati requisiti in
 regula. Dicitur igitur iste intrusus, ex quo scit ius ad alium
 pertinere, iuxta not. per Oldr. in consil. 136. incip. ex produ
 ctio. si. & tamen si recte ponderetur ista regula, exclu
 ditur intrusum. Nā in illis verbis de beneficiis sic possessis,
 regula innuit requiri vnā eum possessione, canonicum ti
 tulum, de quo regula in principio posuit exempla: quia di
 ctio Sic, est declaratiua, & significatiua modorum expres
 sorum. l. Gallus. in princip. & ibi glo. in verb. sic. ff. de liber. C
 posth. Et per consequens dicta possessio requiritur cō
 iuncta eum titulo, ut etiam indicat dictio Per, quæ perfe
 ctionem & continuationē significat, vulg. l. urbana. §. per
 dicit. ff. de verb. signi. Cum igitur per incompatibilita
 tem tituli reducti sunt ad non titulum, ex illo, nec color,
 nec presumpcio iustitiæ aut bonæ fidei potuit resultare: ar
 gumen. authen. eui rel. etum. C. de indist. vidu. tol.
 Præterea, quia iura non defendunt expoliatū, sed expo
 liatē, quādo de defectu ipsius spoliati cōstat, ut decif. 15.
 de rest. spo. in antiq. multo minus debent defendere volē
 tate retinere beneficia, in exclusionem boni iuris alterius
 expoliantis. Et istam opinio. quæ fuit etiam Glosato
 ris in l. si. sequutus fuit Antonius de Capharellis, anti
 q. col. si.



D quis doctor, & inter aduocatos sui tēporis primarius, in quodam suo consilio reddito in causa Monasterien. decanatus, motus inter alia vulgari hoc motiuo: quia execrabilis est multū odiosus à iure. Et ideo vnde pēnam meretur, non debet priuilegiari indulto istius regulæ, cum sit indignus. Et lex indignis non dat priuilegia. l. auxilium. ff. de mino. & ca. quia frustra. de vsur. Rom. consil. 275. Nec reuocatur, q̄ execrabilis possederit per triennium, vel decēnium nam propter hoc magis est dānabilis: quia tantō grauiora sunt peccata, quantō diutius hominem detinet alligatum. vt dicit text. in cap. fin. de præscript. & cap. fin. de consuet.

Adde pro ista opin. vnum aliud: quia execrabilis non restituitur si spoliatur, vt dixi latē in regula de annali, & decis. 371. in antiq. & tenet Roma. cōsil. 999. Et tamē si haberet coloratum titulum, restitueretur, vt in decis. 2. desistit. spol. in no. cum vulg. Ad idem facit: quia beneficia scātia per incompatibilitatem, sunt reserua per extraneos, & tamē ista regula excludit beneficia reserua. Nec obstat, regulam nosse istum triennalem molestiam, & sic videretur omnem molestiam includere, etiam illā, quæ prætextu incompatibilitatis infertur: quia ad hoc respōdetur, quòd in generali exclusione molestiæ nunquam intelligitur exclusā illa de qua probatio adfertur in cōmunes, & in promptu, vt not. Bart. in l. 4. §. condemnati. ff. de re iud. vbi ponit exemplum in executione trium sententiarum, cōtra quam licet iura in clem. 1. de re iud. cum aliis similib.

Excludant exceptiones impeditiuas executionis, vbi tamē probatio exceptionis offertur incontinētī, illa probatio non procedit, nec includit istum casum. Et propterea cum in casu isto incontinētī valere potest de iniusta occupatione, & improba possessione istius execrabilis, debet iudex talem exceptionem admittere, per quā adpareat execrabilem dudum ante perfectam triennem possessionē caruisse titulo & possessione beneficiorum, quæ sine canonico titulo non obtinetur: quinimò illum potius fuisse furem, occupatorem, & latronem, qui fructus incompatibilitatis dispensatione percepit, vt dicit text. in ca. dudū. c. 1. de elect. Prætereà, non debet plus operari dispositio istius regulæ, quàm voluntas papæ: arg. c. proposuit. de cōsecr. bened. Sed papa etiā sciēter cōsuetudo alicui incompa-

primarius, in
 alterien. deca-
 : quia execrabi-
 enam meretur.
 e, cum sit in di-
 auxilium. ff. de
 . 27. Nec re-
 vel decemum
 tantò grauius
 in et alligacum
 in. de conlura.
 execrabilis non
 de annali, & et
 Et tamen fia
 in decif. 2. de
 a beneficia
 ca per extrang.
 beneficia referat
 aliam molestiam
 , etiam illa, que
 ad hoc respici-
 nunquam in-
 in contumacia
 mnari. ff. de re-
 um fenceaturo.
 um alius simi-
 tionis, ubi tunc
 , illa prohibita
 propterea cum
 iniulta occupa-
 abilis, debet u-
 a adpareat eve-
 em possessione
 n, que sine con-
 potius fuit in
 in partibus
 ca. du. et. a. de
 positio istius re-
 t. de cõcell. p. 2.
 ui in cõpartib.

ma cõfetur cum illo dispõfere in dubio, nisi exprefse di-
 ut tradunt omnes in cap. de multa. de præben. & in ex-
 mag. execrabilis eodẽ tit. per rationes, de quibus ibi. Er-
 po nec ita regula cenfetur inducere difpenfationem, cum
 hoc in ea non caueatur, & in dubio difpenfatio non præfu-
 mur. Interpretanda eft igitur ifta regula in dubio fecun-
 damentem difponentis, arg. c. caufam. de refcrip. cū vulg.
 videtur enim hoc cafu cõditore itius regulẽ fe cõforma-
 re voluiffe iuri communi quantum fieri potest. c. cum dile-
 ctus. de cõfuetu. & propterea exegiffe hic titulũ: quia alias
 nec comuni in triennali præfcriptione titulus requiritur.
 ff. de vlt. cap. & 16. qua. ff. 4. in lumina. Præterea, quia ifta
 reglo. quirit de impetrantibus beneficia per vacationẽ al-
 terius perfonæ, quam poffidentis: fed casus nofter proce-
 dit, quando impetratio fit propter delictum perfonæ poffe-
 fionis, & agitur ad priuationem: quo cafu videtur regula
 non habere locum, vt latius dixi in regula de annali. 42. Et
 ito cum illi cafus fint diuerfi, regula loquens in vno, non
 habet locũ in alio: vulg. c. fufceptum. de refcript. lib. 11. Pro-
 po bene facit confil. Petri de Ancha. 293. in princ. dum lo-
 quitur de impetratione beneficij ob non promotionem,
 etiam post pacificam poffeffionem.
 Nec obftat, quòd regula ifta excipiat duos cafus: quia
 alius excepti non excludunt extensionem aliorum fimiliũ
 alium, vulg. l. ob æs. C. de præd. mino.
 Illis tamen non obftantibus, contrariam opin. quæ eft
 tenor, per plura dicta Doct. & rationes tenuit Rota. Nam
 primis iftam opin. tenet Gloffator hic, fol. 3. qua dicit,
 regulam habere locum in priuato ipfo iure, vel per senten-
 tiam arg. l. in rebus. §. fi. cum. l. fed fi manete. ff. de preca.
 ff. hoc idem videtur sentire in col. fi. nihil aliud allegans.
 Et principalis ratio iftius decisionis cõfiftit in hoc: quia
 itius regulæ tantũ excipit duos cafus: in quibus pa-
 pãtulo ratitulum, & difponit regulam non habere lo-
 cum: ergo in alijs cafibus nõ exceptis regula manet firma:
 que exceptio firmat regulam in non exceptuatis, vulg. l.
 nam quòd liquide. ff. de penu lig.
 Secundo principaliter pro ifta opin. facit, quod dicit Fe-
 m. c. ficur. in 16. col. verfic. quinto aduerte. de re iud. dum
 confiderat, quòd ratio, quæ in vno beneficio militat ad di-



De eundem per triennalem possessionem presumi titulum habilem, procedit etiam in duobus beneficiis: argum. l. singularia. ff. si cer. pet. Nā tali casu sufficit execrabilis possessio tantum allegare aliquam causam ad colorandum titulum, puta dispensationem, licet eam non probet, vt notabiliter dicit Card. in cap. cum nostris. de conce. prebend. Præteritum, quando diu quis possedit: quia tali casu incomparabilis præsumitur dispensatus, per ea quæ Pet. de Anch. tenet in consil. 117. Per quod ita tenuit Rota in ista eadem causa tunc pendente coram R. P. D. Marcello Crescentio de anno M. D. XXXIII. attenta possessione dicti Andree turtina, quæ hodie propter breuem hominum vitam potest ad triennium reduci virtute istius regulæ, sicut de alleg. tit. de Lapi. 89. sæpe tenuit Rota, vt meminit D. Guiliel. Casiodorus in collectaneis decisionū. Et isto casu bene dicit dictū Card. in d. c. cum nostris. videlicet, quod sufficit allegare dispensationem ad colorandum titulum. Et in prædicta, quod execrabilis defendatur exceptione istius regulæ, tenet idem D. Guiliel. Casiodorus in dicta iudicium decisionis istius regulæ, & in alia super regulis de annali. Pro qua opin. vterius facit: quia regula ista videtur fauorabilis, aut ex eo, quod per eam lites dirimuntur, vt patet in fine regulæ, ibi, antiquas lites penitus extinguat, &c. quæ quidem ratio à iure cōmuni ampliatur, & dicitur, vt in c. sine litibus. & in l. properandū. cū aliis vltimis, vel quia lites dirimere, respicit republicā. quo casu lites huiusmodi regula etiam generaliter loquente inhabiles comprehenduntur, iuxta doct. Bar. in l. si quis in gratia. v. ver. hi quoque. ff. ad Sillan. cum concor. vt scripti in §. in personam. in 11. & 12. col. in titu. de act. Aut quia regula ista sequitur mentem & intencionem legis primæ. ff. de vltimis ne domini rerū sint in incerto: & sic certi dentur relictis & beneficiati, qui cultum vineæ Domini magis proprie & accuratè respiciant, vt cunquē sit, largè erit interpretanda, iuxta. l. cū quidam. de libe. & posthu. & cap. odia. de reg. iur. lib. 6. Cū igitur in ista regula duo tantum casus exceptantur, qui sint grauiores cæteris, quibus nec excipiuntur, nec qui non est promotus, assimilantur nec excipiuntur: ergo in aliis non exceptis latè est interpretanda.

Hoc enim sic demonstratur. Nam casus simoniaci huiusmodi

superat omnes alios, prout dicitur in cap. tanta. de si. A
 monia. Ergo execrabilis & non promotus, quæ sunt crimi
 na inferiora, remanent sub regula.

Secundus casus exceptus de intruso in beneficio reser
 uato, est etiam in iure multum odiosus, adeo, quod si talis
 intrusus spoliatur, non restituitur, vt patet in decisione 16.
 lano. Et tamen execrabilis, licet sit criminofus, restitui de
 bet, si expolietur, non obstan. prædictis, vt statim probabi
 tur. Et igitur adparet exceptionem duorum casuum
 exceptorum hic in regula, implicare regulam habere locū
 in omnibus aliis criminofis nō exceptis, & à iure priuatis,
 inter quos facilius execrabilis, & non promotus compre
 hendi debent: qui licet à iure sint priuati titulo, quandoq;
 tamen plenum titulum habuerunt: argu. l. si. ff. de decur. & B
 qui nisi sint notorij, vel lata sit sententia priuationis cōtra
 eos, dicuntur habere titulum putatiuum, vel coloratum, vt
 licet Abbas, & alij in c. nisi cum pridem. in secunda col.
 verie. conclude mentem glo. de renūtia. Nec obstat, quod
 exceptio non excludit casus similes, vt dicebatur: quia isti
 non sunt casus similes exceptis, & in odiosis exceptio non
 recipit extēsiōē, vt in c. 2. de coniug. lep. & c. quemadmo
 dum. de iureiur. Et not. Bar. in l. r. col. r. ff. si quis ius dic. nō
 ob. & in l. si eum. §. quia iniuriarū. ff. si quis cau. Felyn. in c.
 cum inter. col. 6. de re iud. Vel si sunt similes, alia tamen ra
 tione sub exceptione comprehendi non possunt, vt dicam
 statim post, in versic. nec obstat quod casus, &c.

Præterea, quia in decreto concilij Basilien. à quo ista re
 gula ortum habuit, excipitur ius nouiter impetratum. Et
 hoc quod contra execrabilem, & non promotum deduci
 tur, non est ius antiquum, sed nouum, igitur, &c.

Præterea, quia actor per viam exceptionis excludens à
 privilegio istius regulæ execrabilem, dicitur quodammodo
 agere, & id intendere, vt tanquam indignus priuetur,
 hoc autem petitorium concernit, cum tamen regula ad
 possessorium respiciat: & ista sunt diuersa, vulg. §. nihil com
 mune. de acquir. possessione.

Præterea, quia ista regula inducit præsumptionē iuris,
 & de iure: quod ex eo patet, quia annullat prouisiones, &
 extinguat lites super hoc hoc figendo pedes, iuxta tradita
 per Abbatem in c. is qui fidem. de sponsal.

D Præterea, non ex eo regula defendit inhabiles ab impetrantibus: quia ordinarij habent facultatem, non obstanti triennali possessione, requirere titulum à possidentibus, ut tradit Fely. post alios in cap. illud. de præsump. in ca. ficut. in. 16. colum. de re iudic. & latius in cap. licet. de sumo. & c. text. in d. cōcilio Basilien. Donec igitur ab ordinarijs non inquirantur, debent esse tuti ab impetrantibus.

Et tenendo istam opinionem, non obstant ea, quæ pro contraria parte adducta fuerunt. Primò, quòd priuati iure nō habeant coloratum titulum: quia respondetur illud procedere quo ad casus, in quibus de iure communi requiritur color tituli: secus verò, quo ad effectum istius regulæ, quæ disponit omnem titulum esse coloratū habentem ab eo, qui alias conferendi habet facultatem, secundum quod duo hic scriptos, exceptis duobus casibus hic exceptis, & hoc esse rationale in terminis istius regulæ manifestè ostenditur: quia si iura cōmunia non assuntur execrabili vel alteri præsentato à iure, vel ab homine, nec eos coloratū titulū habere volunt, hoc ideo inductū fuit: quia inhabiles in casibus prædictis iuris cōmunis repelluntur, & actores, qui in iudicio super canonizatione tituli à iure probati contendunt, & ad hoc, ut beneficium illis adiaceret, & sic de lucro captando agunt. Nil mirum igitur sine titulo canonico saltem colorato tales inhabiles iure priuati non audiuntur, ut in c. l. de eo, qui mit. in pub. causa rei seruan. lib. 6. cū sim. Et tradit Imol. in c. in litem. de restit. spol. Regula verò ista procedit in reo exceptis, & se in sola possessione defendente, cui regula ista exceptionē dūtaxat, & non titulum cōcedit, secundū interpretatiōnē Rota, de qua meminit Fely. in cap. ficut. col. 11. de re iudic. & Glossator hic fol. 3. & sic inter ius cōmune & regulā istā, quo ad hoc est longa differentia, & propterea favorabiliora sunt iura reis, quàm actorib. vulg. l. favorabiliores. ff. de reg. iur. & l. Arrianus. ff. de act. & oblig. & ca. cum sint. de reg. iur. lib. 6. Vnde quælibet etiā iniusta causa excusabit execrabilem reū & possessore, ut notat Do. in c. non potest. de præben. lib. 6. quæ fortè actorem nō excusant. Inde euenit, qd dispēsatio inualida sufficit ad excusandum execrabilem possessore, ut tradit Specul. tit. de dispēsatiō. v. de iudic. v. l. porro. Et iste fauor reis nō solum à iure cōmuni

nuni præstat in prædictis casibus, sed etiam ab stylo Ro A
 ta in aliis quampluribus. Nam secundum stylum, contra
 reum citatum & contumacem in causis ultra montes Rota
 non solet pronuntiare in prima instantia, nisi elapsis quin-
 que, vel sex mensibus: in Citramontanis verò post sexaginta
 dies: sed ubi actor, qui commisit causam, contumaciter
 abest, prædictus fauor non attenditur, sed infra prædictum
 tempus vix lapsis duobus mensibus in fauorẽ rei pronun-
 tiat. Ut cõcluit Rota in vna Toletana canonicatus, & præ-
 bend. coram R. D. Ioan. Paulo 5. Julij M. D. XXXVII. quo
 die ipse idem in d. causa contra actorem cõtumacem in fa-
 uorem rei pronuntiauit, cum tamen causa prædicta fuisset
 commissa 7. die Maij eiusdem anni. Solet enim sæpe Rota
 in pluribus iuris articulis magis reis, quã actoribus fauere. B

Nec obstat, quòd casus hic excepti extendi debent ad
 casus similes, iuxta vulg. l. ob æs. alleg. quia illud est verũ,
 quando statutum, vel regula cõtinet materiam iuris: secus
 quando statutũ, vel regula disponunt cõtã vel præter ius:
 quia tunc casus excepti nõ extenduntur ad similes. Ita no-
 tabiliter limitat Abb. in c. ad audientiam. in primo notabili
 de cle. non residen. Cũ igitur regula ista sit contra ius,
 in quantum inducit præscriptionem triennem in benefi-
 cius, vel saltẽ sit præter ius, vt de se patet, meritò est dicen-
 dum casus exceptos in ea non recipere extẽsionẽ ad alios
 casus similes. Itaque casus noster execrabilitatis manebit
 sub regula. Et propterea nõ ab re dicebat Card. in d. c. cum
 notis. sufficere execrabili dispensationem allegare: præ- C
 scripim quãdo triennio possedit, ex qua quidem possessio-
 ne trienij videtur hodie induci præsumptio dispensationis,
 sicut olim ex decennali inducebatur, iuxta dictum Pet. de
 Anch. in d. cõsi. 117. Itaq; hodie possessio triennalis potest
 dici diuturna, vt declarat Fely. in c. licet Heli. col. 8. de sumo.
 in qua præsumendũ erit omnia legitimẽ interuenisse: quia
 et lógo tẽpore præsumitur quis institutus, secundũ Dom.
 in c. si iudex. de sent. excom. lib. 6. & sic omnia requisita cõ-
 currere, iuxta consil. Decij. 118. per quod in ista causa Re-
 gen. vt dixi, fuit conclusum in prima instãtia, corã d. Mar-
 cello, Andreã qui per decẽ annos possederat, habere præ-
 sumptionem dispensationis, quo ad effectũ istius regulæ.
 Et hoc est quod dicebat Fely. in d. c. sicut. quòd ratio quæ

D consideratur in possessione 10. annorum, militat in triennali possessione. Nam ideo in decennali praesumitur titulus, quia episcopus qui tenetur visitare singulis annis, non tolerasset istum possidere sine titulo. quae ratio militat in possessione triennali propter istam regulam. Et ideo in casu praedicta Domini magis inclinatur in istam partem, videlicet regulam istam execrabilem tueri propter praedicta, & per rationem text. in cap. licet episcopus. de praeben. lib. 6. qui videtur habere considerationem possessionis habitae per execrabilem. Verum quia res adhuc magna difficultate non crebat, non fuit tunc istud dubium omnino resolutum, concurrete magna contentione & disputatione Dominorum. Ho die tamen, quae numeratur 15. Februarii M. D. XXXV. pro-

Posita iterum causa, etiam Dominorum vota se in duas aequales partes diuiserunt, & ut vtar. verbis decisionis 16. de ritu. spol. in no. fuerunt adeo varij, quod fuerunt diuisi quatuor per medium, adeo quod voluerunt scire opin. mei proponentis, ut inaequalitatem induceret. Et quavis de more non quod proponens causam, votum proferat, quia numerum non facit: tamen vidi hoc a Rota aliquando concedi, propter difficultatem materiae, & ut causa habeat exitum. Et vici quod in minimis arbitrariis, prout in d. dis. dilationibus, vel concedendis remissionibus, auditores gratificationem habere solent, quavis raro ea vtantur. Aliter tamen tempore antiquis fiebat. Nam quando varia erant vota Dominorum, & aequalia, auditor proponens solebat consulere Cardines

Fui temporis doctos, qui propter disparitatem dubium volebant, prout fuit factum in decis. 3. 10. in fin. in no. alius sub titulo de rescript. decil. 25. Imo solebant antiqui patres Rotae, quando causa erat difficilis & dubia, non solum extra Rotam consulere cardinales doctos, sed etiam abbreviatores, & alios Doct. curiae: prout fuit factum in casu decisionis 443. in no. vbi circa fin. refert Compilerator, quod d. in d. casu abbreviatores, & Doct. extra Rotam tenuerunt opi. camp. tibus auditoribus contra maiorem partem Dominorum. Et Auditor camerae consultus, aliquando tenuit opi. contra Auditores Rotae, prout ibi dicitur. Ad propositum perit quod redeundo, postquam causa pluries per innumeras in fo. mationes fuit trutinata, & saepius in Rota proposita, ac ut supra dictum est votata, non videbatur adhuc esse digesta, & pro-

stantiari super ea deberet, ex eo, quia cōputato voto mei A
proponētis pro ista opin. non erant nisi quinque audito-
res, & pro cōtraria quatuor. Et videbatur nouū in tam ma-
gna difficultate, ex vno voto, quod aliās cōputari non so-
let, disparitatem inducere. Ideo decreuimus super eadem
re melius informari. Causa igitur iterū atque iterum pro-
posita, tandem post plures disputationes, maior pars Do-
minorum tenuit & firmavit, execrabile iuuari regula, pre-
sertim in casu nostro, in quo And. possederat dictas paro-
chiales plus quā per quindecim annos. Itaque visus fuit
non solum triennio, cum titulo vero, sed etiam presum-
pto p̄ambulo decem annorū possidere. Conclufum igitur
fuit, Andream possessorem pacificum plus quā trien-
nalem, non obstante incōpatibilitate duarum parochia-
B
rum ista regula tueri. Ratio fuit illa: de qua superius memi-
ni quia regula ista loquitur in reo, & se defendēte iura ve-
rō cōmunia, quæ detestantur execrabile, loquuntur quan-
do ipse execrabilis agit. Nimirū igitur cum sit diuersissima
ratio, debent isti casus diuerso iure cēferri, vt favorabilio-
res simus reis possessoribus triēnalibus, quā actoribus.
Hanc videmus, quōd excōmunicati, vt actores in iudicio
esse nō possunt: tamē si cōueniantur, vt rei, in iudicio esse
poterunt. In quo neque diabolus erit deneganda defen-
sio licet dicit Innoc. in c. cum inter. per illum tex. de excepti.
Et ita respondebatur ad omnia iura, quæ detestantur exe-
crabile: vt volunt eum coloratum titulum non habere: vt
procedant ad effectum agendi. Secus autē, ad effectū exci-
piendi, cum facilius permutetur exceptio, quā actio, vt
in cap. i. de rescrip. lib. 6. vel procedant in casibus dispo-
sitis per ius commune: quo ad istam regulā postea introdu-
ctam. Et ita etiam nouissimē execrabilem tueri exceptio-
ne istius regulæ cōclufit Rota, in vna Zamoren. beneficio-
rum. coram R. P. D. Marcello Crescentio geminatis vo-
tis, de mensibus Aprilis & Maij, m. d. x x x i x. Et sic etiā
in vna Lucen. de mense Iunio idem tenuit Rota, coram
R. D. Ioan. Paulo. Et per hoc etiam respondebatur ad di-
ctum Geminiani in dicto c. licet. & in consi. 86. dum voluit
execrabilem non habere titulum coloratum. Nam illud di-
ctum procedit, nisi execrabilis per triennium possideat.
quod inductum fuit per prouisionē istius regulæ. Nam ex

Dhuiusmodi triennali possessione exceptio acquiritur, quæ licet nihil iuris possessori tribuat, ipsum tamen defendit contra negligentem actorem post trienniū molestantem.

Vel secundo potest responderi, quod licet execrabilis non habeat bonū omnino titulū, habet tamē primū coloratum per possessionem triennij, qui sufficit quo ad istam regulam, licet quo ad effectus iuris communis non habeatur pro titulo, nec sufficit. Et hoc maximè procedit quādo per triennem allegatur causa, puta dispensatio, iuxta dictum Card. in dicto c. cum in nostris. & Glossator. in pragmatica loco superius allegato. Et ita per hoc possit responderi ad aliud argumentum superius factū, videlicet, quod execrabilis spoliatus non restituitur: quia non habet coloratum titulū: quia est verum non habere titulū quo ad illum effectum introductum à iure communi. Præsertim, quia illo casu execrabilis est actor, & actori execrabilis non ita ius commune fauet sicut reo, vt dixi, & patet in capitulo de rescrip. lib. 6. & in d. ca. cum inter. de excep. Sed hic agitur de defendēdo reo in sua possessione, merito dicta Doctorum isto casu non faciunt ad propositum, quinimo execrabilem agere posse spolio, multi Doct. tenuerunt, vt patet in decis. 3. in vltima addit. de restit. spol. in not. & tenet Old. conf. 227. Specul. tit. de petit. & poss. §. si. Card. cons. 132. T. archipresbyt. col. vit. Et Bal. nouel. in §. nihil cōtine. colum. 25. in 18. fal. sentit Milis in verb. beneficium quo quis. Et Anto. in ca. sollicitē. in pen. q. de restit. spolia. Præ-

Potest in c. quo iure. colū. 3. 8. diu. & in decis. Parlam. Tholosani decis. 46. Et Abb. in c. in literis. col. penul. de restit. spol. & in disputatione incip. Titius. col. vlti. allegat optimū text. in c. ex insinuatione. de procur. & sic isti volentes restitutionem fieri, præsupponunt execrabilem habere titulū saltem coloratum. Et licet super hoc in regula de annali aliter dixerim, tamen possit procedere, nisi execrabilis spoliatus triennalis sit possessor: quia tali casu possit restitutionem petere, vt opiniones concordentur. & ita etiam possunt limitari dicta per Decium in cons. 191. col. penult. & fin. Et vt vnicō verbo opin. contrarie ad concordiam reducantur, distinguendi sunt duo casus.

Primus est, quando execrabilis nullum habet titulū, sed se intrusit de facto sine alicuius prouisione in benefi-

titus, vel est declaratus per sententiam esse priuatus titu- A
lo: & tali casu procedit prima opin. Et ea, quæ dicebat
Melchior, videlicet regulam nullò pacto execrabilem de-
fendere, quæ requirit saltem coloratum titulum.

Secundus casus est, quādo execrabilis habet titulum, li-
cet inualidum, vigore cuius possedit per triennium: & tali
casu procedit secunda opin. quia sufficit illi habuisse titu-
lum, ab eo qui potestatem habuit conferendi. Vnde licet ali-
qua de causa inualidus fuerit, dat tamē in dubio colorem
possidendi iuxta tradita in ea, cum nostris. de concess. præ-
ben. Et ille titulus sufficit quò ad istam regulam, & quò ad
effectum ne spoliari possit, iuxta not. per Moder. in l. si pa-
cto, in §. notabili. C. de pac. Potest etiam dici, quò non valet
argumentū, seu consequentia, Execrabilis non restituitur: B
ergo non habet titulū coloratū, quia videmus, quòd per-
iuri exceptio impedit restitutionē, ex quo elidit intentio-
nem agentis, & sic impedit processum, vt in cap. dilecti. de
for. comp. vbi hoc tenet dominus Ant. super glof. etiam in
c. intelleximus. de iud. Et tamen periurus antequam priue-
tur, dicitur habere titulum coloratum, vt not. Innoc. in c.
cum nostris. de concess. præben. & Moder. in c. 2. de rescrip.
hoc tamen de periuro declarandum est singulariter, vt per
Domin. in c. 1. in 3. colū. vers. Nota incidenter. de lit. con-
test. lib. 6. & dixi latissimè in regula de annuali, in illa q. an
regula defendat homicidam, & priuandum sententia homi-
nis. Concluserunt igitur Domini in presenti quā iam sine du-
bitatione locum esse regulæ: & quod voluerunt de execra-
bili, idem dixerunt de possessore triennali non promotio-
nis, nisi anteā tenuerit Rotā in vna Lugdunen. siue
Burgen. parochial. sancti Andree, coram reuerendis Do-
min. Io. clerici. 15. Maij. m. d. xxxvi. in fauorem Georgij
Cineti, contra Nicolaum Polliaci: quod procedit, quan-
do nulla militat præsumptio iuris contra eum. Secus, si ali-
qua præsumptio non promotionis vrgeret, vt quia cōsta-
ret de ordinibus malè susceptis: quia tali casu plures ex
Dominis tenuerunt non iuuari regula, sed trāferri onus
probandi in ipsum possessorem, per not. per Imol. in l. in
illa. ff. de verb. oblig. facit decisio Egidij. 154. Et ita heri 28.
Ianuarij m. d. xxxviii. tenuerunt Domini in vna Ro-

Manana sancti Pauli, coram R. D. Raynaldo Perrutio.

Sed aduertendum, quod predicta consideratio procedit ante triennium completum, vt in d. causa Romana contingit. Secus tamen putarem post cōpletum triennium pacificè, quia tali casu putarem omni casu onus probandi non promotionem, vel incompatibilitatem pertinere ad actorem: quia triennis possessio inducit præsumptionem in pro possessore, vt transferat in alium onus probandi, & hoc, quia præsumitur ordinarios visitasse subditos, & non permittere aliquem tandiu manere, sine promotione in peccato, iuxta tradita per Doct. in ca. illud de præsump. & Petr. de Anch. consi. 117. Nullus igitur, excepto ordinario superiorem, potest talè possessorem compellere post triennalem possessionem, ad ostendendum titulum beneficii, vel promotionis suæ, vt not. omnes Modet. in ca. discretely. de sumo. Sed tamen prima opin. est verior, quam tenuit Rota etiam in predicta causa Regiæ. Nam ibi ex quo per possessorem productum fuerat instrumentum ordinis subdiaconatus suscepti post lapsum anni, sumus in d. ca. quod ante annū ordinem non susceperat: quia nemo huiusmodi ordinatur, & in claris cessauit præsumptio habilis, quæ per istam regulam præsumitur. Secus tamen est in legat. Lapi. 89. quæ præsumit titulum, etiam si inutilis titulus producat: quia præsumitur dispensatus. Et non potest titulus aliquis produci, quin semper alius & alius, & sic in infinitum habitas in fauorem possessoris mormi præsumitur. Prout de mense Decembri. m. d. xxxix. huiusmodi coneludit Rota in vna Vrbeuetan. archipresbyteratus, coram R. D. Ioan. Paulo. Postremo; considerandum est vtrum aliud, quod predicta omnia de execrabili dicta, procedunt, quando post execrabilitatem sequitur possessio triennis. Secus, si autè possidet vñ beneficiū, & post acquisitionem alterius, non sequitur triennium: quia regula non inuat: vt tenuit Rota in vna Lucana archipresbyteratus coram me, de mense Decembr. m. d. xxxviii.

QUESTIO VNDECIMA.

QVÆSTIO; an ista regula defendat expoliatores possessorem, vel successorem eius habentes titulum coloratum contra spoliatum, vel successorem spoliati agentem spolio? Et an regula ista procedat, quando con-

ita possessorem committitur causa possessorij tantum? **A**
SOLVITIO. Istud dubium continet in se plures articulos. Primus est, quando spoliatus agit contra spoliatorem possessorem triennale. Secundus, quando agit successor spoliati contra spoliatorem. Tertius, quando spoliatus agit contra successorem spoliantis triennale. Quartus, quando successor spoliati agit contra successorem spoliantis.

Circa primum articulum, videlicet, quando spoliatus agit contra spoliatorem, & ille excipit de regula, audiui ab aliquibus procuratoribus peritis Dominos auditores antiquos tenuisse regulam non defendere spoliatorem, etiam si per mille annos possederit. Et ita in vna Isclana beneficiorum, iudicasse Rotam, coram D. Mercurio de Vipera reuulerunt R. D. Paulus Capisuccus, & D. Befengarius Sa **B**

gantia, antiquus & peritus procurator, & plures alij. Tamen, vt ista difficultas clarior reddatur, faciam in ea duo capita. Primum caput erit de violento spoliatore. Secundum de non violento spoliatore.

Circa primum mihi placet op. illa veterum, vt hoc modo intelligatur, videlicet, expoliatorem violentum regula ista non defendi. Ratio est: quia licet violentus expoliator alia non habens titulum, ex hoc solo, quod est violentus, non possit dici intrusus, vt dicit Domin. & Moder. in cap. cum, qui. in secundo notabili. de præben. lib. 6. Tamen talis violentus nunquam præscribit. sequitur. §. quod autem. ff. de vsucap. & §. furtiuè. institut. eod. tit. donec fuerit purgatum vitium. vt §. aliquando. eodem tit. Et ista potestas præscribendi, quæ exceptionem parit, requiritur ad effectum regulæ nostræ. Et hoc ideo est, quia illa possessio à iure reprobat, & improba possessio perdit omne beneficium iuris. l. improba. C. de acquir. poss. Nec mirum: quia in ista possessione violenta alia plura specialia in odium violenti possessoris iure inducta sunt. Nam videmus, quod licet regulariter mala fidei possessor per prescriptionem per annorum non acquirat sibi, nisi ius excipiendi duntaxat, non autem ius agendi ad rem vendicandam, si de possessione non caderet: hoc tamen locum non habet, quando male fidei possessor agit contra violentum. Nam si de facto, & per vim possessione spoliatur, competit proculdubio præfatio male fidei possessori aduersus violentum remediū possessorium.

Dvidelicet interdictum vnde vi, ad effectum, vt statim restitatur, nec potest ab expoliatore violento illi obici defectus dominij. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi. In ob etiam dicto mala fidei poss. in odium violenti conceditur rei veditio. Nec potest violentus, vt dixi, referre quælibet nem dominij, etiã si agatur petitorio, vt est tex. notabilis in l. si quis emptio. §. sed hæc super. C. de prescript. 30. annorum. quem tex. Bart. ibi dicit ad hoc singularè, & hoc specialiter intro ductum fuisse in odium violenti, dicitur Saly. in d. §. sed hæc. & Iaf. in lege 4. §. Cato, in 19. col. vers. quarta conclusio. ff. de verb. obli. & Bal. nouel. in repe. §. nihil commune. col. 12. ff. de acquir. pos. & Moder. Petros in auth. nisi. in 2. col. C. de bonis mater. Iura enim omnia contra violentum exclamant, & auferunt illi omne ius auxilium, vt ibi dicitur: præsertim in beneficiis, in quibus odiosior est violentia, quàm in profanis, vt probat Moder. Auinionen. in repe. cap. sape. col. penult. de rebus spoliatis. & iura generaliter loquentia, non comprehendunt casum violenti spolij: quia non præsumitur in dubio præceps iniuriantibus velle fauere, nec auctoritatem præstare, vt dicit tex. in l. auctoritatem. & ibi not. glo. C. vnde vi. cum sexcentis concor. cum latis per Fely. in cap. postulati in 19. col. vers. circa quartum. de rescript. Et ante ipsum per And Sicul. in repe. rubricæ, de testam. in 21. col. nu. 7. Cum igitur regula ista diffinitè, & generaliter loquatur, & liceat possessoribus, non debet intelligi de violentis, per prædicta, sed de legitimis possessoribus, vt est tex. notabilis in c. placuit. 16. q. Sicut videmus etiam, quod iura loquentia de consuetudine, non intelliguntur de consuetudine exorbitanti & iniqua, sed de præscripta, vt in ca. Cumana cum vulg. de elect. sicut etiam iura loquentia de remissione faciendæ homicidij, non habent locum in homicidijs proditoribus: quia illud homicidium est exorbitans, vt in ca. primo. de homicid. lib. 6. tradunt Moder. Mediolanen. in cap. quæ in ecclesiarum. de constit. Et istud in ca nostro optima ratione statutã videtur, ne inde nascatur iniuria, vnde iura nascuntur, contra cap. qualiter. de accusat. ubi meminerint. C. vnde vi. Et ideo in hoc dubio talem præsumere debemus fuisse mentem papæ istius regulæ proditoris, qualem iuris: arg. cap. causam. de rescript. Poste

Postremo, pro ista opinione est text. expressus, & in ter A
 minis in concilio Basilien. decreto octavo, in titulo de pa-
 cific. possess. a quo, ut est saepe dictum, ista regula originem
 habuit. In quo quidem decreto expressè dicitur, quòd qui
 tenet non violentus, qui cum colorato titulo beneficium
 per triennium possederit, non potest molestari ab aliquo,
 &c. Et sic ex quo ibi habemus text. hoc decidentem, non
 sunt aliunde quærenda suffragia ad opin. istam confirman-
 dam. Et licet regula ista de violento mentionem non fa-
 ciat, recipit tamen interpretationem ab illo decreto anti-
 quiori. Nā posteriores leges per priores declarantur, vulg.
 Nam posteriores. de legib. etiā si priores fuerint reuoca-
 te, ut not. Bar. in l. i. ff. de coniug. cum emancip. libe. & hoc
 casu licitum est recurrere ad matricem, arg. eorū, quæ di- B
 cit Bart. in l. si librarius. ff. de reg. iur. & in l. fin. ff. de fals.

Circa secundū caput istius quæst. videlicet, an regula ista
 defendat expoliatorem non violentum, videtur maius du-
 bium: quia talis expoliator non est tam odiosus, sicuti vio-
 lentus. Tamen, ut superius dixi, quidam asserūt, Rotam re-
 tulle hoc casu regulam spoliatorum huiusmodi non iuua-
 re. Sed nō accidit iste casus temporibus meis in Rota, nec
 dominus Guliel. Casiodorus, qui in colligendis decisio-
 nibus præteritorum temporū fuit diligens & curiosus, de
 isto casu meminit: & ideo ego satis dubitarem. Nam si ex-
 poliator cū titulo colorato possedit pacificè per trienniū,
 defendi debet regula: quia est quid imputandum expolia-
 to, cur tandiu tacuit: arg. l. pupillus. ff. quæ in fraud. cred. C
 Et ideo videmus, quòd clem. i. de sequest. possess. & fruct.
 quæ in distictè loquitur de possessore triennali, non mo-
 stendo etiam vigore sequestri, procedit etiam in expolia-
 tore possessore triennali, ut ibi notat Bonifacius Vitallin.
 quondam Rotæ auditor. in 4. col. nume. 42.

Tamen illis non obstant. opinio antiquorum auditorū
 videtur verior: quā mihi cōfirmavit D. Paulus Capituccus
 antiquus auditor. Et ratio istius decisionis videtur clara:
 quia si rectè inspiciantur verba istius regulæ, dicendum est
 quod hoc casu non procedere, quia ista regula loquitur, quā-
 do contra possessorem triennalē agitur petitorio, ut patet
 ibi, super beneficiis taliter possessis nequeat molestari, &c.
 Et iterū ibi, impetrationes quascumque de beneficiis sic pos-
 Y Y

D fessis, &c. Nam clarum est, quod ista verba, Super beneficiis, inducunt petitorium, & non possessorium. l. co. dicitur. §. instituto. & ibi Bart. de leg. 2. Rom. in consil. 388. Et sic regula requirit quod agatur super titulo beneficii, ut probatur in cap. 2. ut lite pend. lib. 6. & in clemen. dispendiosam. & ibi glo. in verb. beneficiis. & Card. q. 10. de iud. & est etiam glo. in c. literas. de iur. calum. Regula igitur ista, quae odiosa & exorbitans est, locum habebit in possessorio, quod est diuersum, vulg. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. Et cui verba non conueniunt: debet igitur ad casum, in quo loquitur, restringi. l. 4. §. totiens. ff. de dam. infect. l. 1. §. hoc interdictum. ff. de fonte. c. in demeritatibus. §. sed cum ea. de elect. lib. 6. & l. 1. §. non autem omne. ff. ne quid in fru. pub. Regula igitur defendet tantum possessorem super titulo beneficii conuentum, non illum qui spolio conuenitur: quia tunc non agit super titulo beneficii, cum inter ista sit longa differentia, ut in cap. cum dilecti. de caus. possessio. & proprie. Et ista opinio videtur ex eo magis aequa & iustior: quia sic excluditur contraria interpretatio eius sua, fauens expoliatoribus contra bonum ius praesentes, inducendo praescriptionem peremptoriam verum beneficiarium à iure suo excludentem. Debet igitur regula in casu suo tantum intelligi. l. 3. §. haec verba. de neg. gest. Nec regula simpliciter disponens possessores triennales excludere agentes etiam habentes bonum titulum, non debet ampliari & interpretari, ut illa exclusio veri tituli fiat per occupationem & usurpationem: arg. l. famosi. ff. ad leg. l. maiest. tali enim casu regula, & quaelibet alia dispositio potius est per interpretationem angustanda & restringenda, quam amplianda, ut singulariter not. Composit. in cap. 2. sam. de rescript.

Quod ulterius suadetur, quia dispositio istius regulae, in quantum fieri potest, debet conformari iuri communi: arg. c. causam. de rescript. & c. cum dilectus. de consue. Sed de iure communi non acquiritur praescribenti aliquid ius eripiendi, quando in ipso ingressu est vitium reale vel personale, quod impedit inchoari, & finire praescriptionem, ut in d. l. acquiritur. & in d. §. furtiuè. institu. de v. s. cap. Ergo nec eodem modo debet acquiri per istam regulam triennali possessori, qui à principio expoliando alium incipit cum illo vitio

possidere, quia videtur hoc esse contra mentem condito- A
 tis. Nulla enim lex, aut statutum eum sensum recipere po-
 test, ut per illud credatur cōditor spoliatores in sua occu-
 patione tueri, & eiectos, & spoliatos à restitutione exclu-
 dere, ut dicit text. & gl. notabilis in l. si qua loca. C. de fun-
 dis & salti. rei dom. lib. ii. & in l. autoritatē. C. vnde vi. sequi-
 tur Alex. in consi. 59. in 4. col. lib. i. Nulla enim papæ fit iniu-
 ria, si ita interpretatur eius dispositio, ut per hoc eum bo-
 ni & iustū principē æstimemus & opinemur, ut dicit Alex.
 in consi. 123. col. pen. lib. 4. Vbi per hoc infert, q̄ dispositio
 generalis facta per principē, nō intelligitur in dubio faue-
 re vsurpatorib. per iura superius allegata: quia hoc esset ar-
 guere tyrānidē in principe, imō idē papa in odiū spoliati-
 onum excipit eos à generali dispositione priuilegiatiua, ut B
 patet in clem. i. de cau. pos. & proprie. Sic & pari modo in
 casu nostro est dicendū, q̄ reg. ista indefinitē loquens, de-
 beat restringi & intelligi, ut tantū de possessorib. loqua-
 tur, qui sine alterius iniuria vel vsurpatione possessionem
 sine consecuti, nō autē spoliando, ut sic talē præsumamus
 mentē papæ fuisse, qualis legis & boni principis debet es-
 se, alias si contrariū diceremus, lex talia disponēs esset ini-
 iusta, iniqua, & nutritiua peccati, contra naturam l. de qua
 in c. erit autem lex. 4. di. & in l. conuenire. ff. de pact. dot. &
 in l. pacta. que cōtra. C. de pact. Talis enim lex nō valeret,
 ut tradit Bald. in ca. quæ in ecclesiārum. & Hostien. in cap.
 cognoscentes. de consti. facit text. in cap. forus. de verbor.
 signifi. sequitur latē And. Sicut. in c. filius. in 3. col. de testa. C
 Nam si omnia ista in lege secularium principum cōcurrere
 debent, ut videlicet sit iusta, & nemini iniuriam inferēs, ut
 tradit omnes in l. humanum. per illum text. C. de leg. quid
 in lege ecclesiastica spectādum est? Omnium enim legum
 inanis est censura, nisi diuinæ legis imaginem gerat, ut in-
 quit August. lib. 8. de Ciuita. Dei, & text. in c. sana. 9. distin.
 Nam lex tantum habet rationis & virtutis, quantum ma-
 gis assimilatur legi naturali, & participat de lege æterna,
 secundum S. Thom. prima secundæ quæst. 90. art. 1. & 2. cū
 concord. ut scribunt Moder. Hispani in l. legitima. colum.
 18. ff. de pact. & in repet. c. i. col. 10. eod. tit. debet enim ef-
 se conforme iudicium papæ, iudicio diuino, ut in ca. Deus
 omnipotens. 2. quæstio. 1. Exclamat Esaias 10. cap. contra

D principes leges iniquas ferentes. Nam lex iniurans homines ad delinquendum, imò usurpatores pramians & defendens, cuiusmodi videretur regula ista, si sic intelligeretur, non diceretur lex, sed legis corruptio, quæ contravenientes non ligat, ut tradit Innocen. ca. quia pleriq. de immo eccl. & reasumunt Moder. Neapolitani in tertia parte costi. Regni. cõstitutione incip. Honoré. in notabilib. Imò dicitur erit legem ita latam fraudibus & dolis circumventis, ut not. Bald. Paul. de Cast. & Moder. in l. r. in principio, per illum text. C. de cadu. tol. facit text. in cap. duz sunt leges 19. q. 2. Quæ omnia cum in casu nostro militent, cõcludendum est regulam istam spoliatores non tueri, sed legem intrantes. Et ideo non immeritò lex possessione hoc non

E do per iniuriam seu spoliū acquisitam, improbam appellavit. in l. improba possessio. C. de acquiren. possess. Nam adeo lex exosos spoliatores habuit, quod noluerit eos tueri in possessione sua, etiam per exceptionem veri & proprii dominij: ut in c. r. de resti. spolia. & est communis opinio, ut scribit Decius in consil. 57. col. pen. Si igitur ista finitio sit sicca, id est, in rebus profanis, quid in beneficiis ecclesiasticis agendum erit, in quibus requiritur maior puritas & iustior ingressus: ut dicunt doct. in c. r. de reg. iur. lib. 6.

Tenenda igitur erit hæc opinio. exclusiva similibus possessionum à privilegio istius regulæ. Nec enim hominum congregatio diu stare, aut regi posset, si quod alius per iniuriam abstulit, ut restituat, compelli non posset. Et licet Rota

F ad regulam de annali, iudicauerit contrarium, ut ibi dicitur 64. q. illud tamen non tollit motiva hic facta propter dignitatem maximam inter illam & istam regulam. Nam, verum est notum tonsoribus, illa regula de annali, fauet meritis, & interdum etiam delinquentibus in sua detentatione, in odium impetrantium certo modo beneficia venientium. Et quamvis hoc iustum videatur: nihilominus illa regula non excludit perpetuò omnes impetrantes, sed solum ignavos, negligentes, & improbos regulam non seruantes. Qui verò seruant regulam, si bonum ius tuetur, ab iniusto possessore pœnas suæ detentationis exigunt, cum in fructibus & expensis condemnari faciendò. Merito igitur regula ista non est ita præiudicialis impetrantibus, sicut ista de annali, quæ excludit omnes impetrantes vivente possessore.

& sic perpetuum silētium imponit, & peremptorium exce-
 A pationē porrigit: propterea in ea titulus saltem coloratus,
 & alia plura requiruntur, quæ in discursu istius materiae vi-
 debimus. quæ omnia in regula de annali non requiruntur.
 Ideo magna est inter vtrāque regulas differentia, & diuer-
 sa iuris decisio. Non obstat dictum D. Bonifacij in d. cle-
 men. a. de sequestr. possess. & fruct. quia ille loquitur quo ad
 effectum sequestrati tantum, cuius denegatio non aufert
 alicui ius, nec tollit etiam reo possessionem; vt in l. inter-
 esse. ff. de acquiren. possess. & sic non facit illud ad propo-
 situm. Nec etiam obest, quod decretū concilij Basiliens. vio-
 lentam expoliatores tantum excipit, quia per hoc non
 excluditur casus, in quo est minor ratio: vt est textus nota-
 bilis in l. 1. §. quod autem. ff. de vsu aleæ & aleæ.

B
 Circa vero secundum articulum resultantem ex ista ea-
 dē quaest. videlicet, quādo subrogatus in ius spoliati, agit
 contra spoliatorē, an excludatur exceptione regulae, sunt
 distinguendi plures casus. Primus, quādo est quis simplici-
 ter subrogatus post mortem spoliati, ad ius tantum spolia-
 ti. Et hoc casu regula defendit spoliatorē, vt tenuit Rota in
 rna Pamphilonien. prioratus sancti Crucifixi, coram R. D.
 Ioā. Mohedano. n. Maij m. d. x x x v. Ratio fuit, quia actio
 cōpetens spoliato, est personalis, & non trāsit in subroga-
 ta, qui nec laesus, nec spoliatus fuit, per fundamenta & ra-
 tiones, quas scribo inferius, quaest. 13. Et licet sit subroga-
 tus in beneficium, seu ius spoliati, per hoc tamen non cen-
 setur subrogatus in ius spolij, quod cōcernit possessionē,
 nisi specialiter dicatur: etiam si subrogatio facta fuerit ver-
 bis vniuersalibus, videlicet, ad omne ius, quod cedenti, vel
 C de cedenti quomodo libet competebat: vt est decis. Egidij
 371. incip. eadem die, qua hodie ita in signatura papæ & in
 Rota seruatur. Et licet illa decis. Egidij, quo ad subrogatio-
 nem simplicis possessionis, malè dicat, vt patet in decis. 5.
 vt licet p. d. in nouis. & decis. 385. in antiq. incip. nota q. sub-
 rogarus, &c. vt dixi in regula de subrogandis. q. 8. tamen
 quo ad interdictum vnde vi illa decis. Egid. tenetur, ex qua
 stylus hodiernus in ductus fuit: per quem nunquam datur
 subrogatio quo ad spoliū, nisi expresse cōcedatur, & sub-
 rogatus specialiter petat subrogari, etiam quo ad ius spo-
 lij. Et ita in praedicta causa omnes Domini conluserunt,
 YY iij

Dexcepto vno. Et decisio ista de plano procedit, quādo quis est subrogatus, quo ad ius tantū, quod erat deductum in litem. Vbi verò in lite non fuisset deductum, nisi solū possessorium, & aliquis subrogaretur in litem, & ius defuncti, puto tali casu subrogatum agere posse spolio, & nō repellere exceptione istius regulę, vt verba aliquid operetur. Vbi igitur propter subrogationē actio spolij redditur efficax, spoliator nō potest se tueri aliqua exceptione temporis competētis, tam vigore istius regulę, quā cuiuscunq; alterius pręscriptionis, etiam mille annorū, vt tradunt omnes in c. sape. de restit. spolia & Moder. in c. reintegrāda. 3. q. 1. Et

Isto modo declarantur decisiones tenentes subrogatum quo ad ius, censei subrogatum quo ad possessionem.

Secundus casus est, quando quis esset subrogatus alicui viuenti per viam celsionis quo ad prosecutionem spolij, & hoc casu licet in beneficialibus successor in beneficio non censeatur succedere in iure competenti defuncto, sed nihil extinguitur, & creatur nouum ius, quod incipit in persona successoris: vt not. Ioan. And. in cap. 2. vt lit. pend. lib. 6. in nouel. & in c. si tibi absenti. super verbo, non acquiras. de pręben. lib. 6. in no. & in c. ex parte. in ver. interim. de arb. & Spec. in tit. de sent. §. nunc de effectu. in fi. & tenet decis.

Item de procu. in fi. & decis. 1. circa fi. de loca. in not. Tamen hoc procederet, quādo simpliciter fuisset facta celsio ab illa que subrogatiōe in ius spolij. Vbi verò de spolio specialiter cautum fuisset, tale beneficium transfret in celsionarium: quia cedi potest, vt tradunt Moder. Senen. in l. rem. que nobis. ff. de acquir. pos. Facit tex. in l. quod si in die. §. Julianus. ff. de pet. hære. Et hoc videtur tenere Bald. in con. sil. 309. super quo puncto. in tertio volum. quem sequuntur Moder. repetentes in ca. sape. in 2. fol. versiculo. tertio dubitatur. de restit. spol. Pręsertim quando papa hoc concedit. qui etiam respectu iuris in beneficialibus successorem dare posset, cum habeat in eis plenissimam potestatem, iuxta cap. 2. cum vulg. de pręben. lib. 6.

Circa tertiu principale articulum, videlicet, quando spoliatus agit cōtra successore spoliantis, est videndū, quomodalis successor, qui possedit beneficiū per triēniū pacificē, possit iuuari regula ista contra spoliatū? Et prima facie videtur dicendū, q̄ sic, quia subrogatus in locum spoliantis

non spoliatur. Et ex quo istud est vitium personale, non trans-
 greditur personam. Ergo tanquam possessor triennalis non
 culpatus debet tueri privilegium possessionis suae, & per con-
 sequens poterit uti exceptione istius regulae triennali pos-
 sessori competenti. Præterea, quia in beneficialibus ius non
 transfunditur in subrogatum, vel successorem per cessionem, vel
 subrogationem, sed per provisionem papae creatur novum
 ius in personam subrogati, ut dictum & probatum est supe-
 rius in secundo articulo, & tenet Rom. in consil. 374. col. 2.
 Et nascitur etiam in personam subrogati nova possessio, quia
 eadem non transfunditur. l. cum hæredes. ff. de acquir. posses-
 sionibus. Cum itaque in subrogato omnia de novo creentur tam ius,
 quam possessio, vitium sui prædecessoris ei nocere non de-
 bet, quominus possit uti exceptione regulae, sicut alij pos-
 sessores triennales utuntur. Nam cum in subrogato omnia sint
 nova, conveniens est, ut quæ de novo inducuntur, novo
 etiam auxilio fulciantur, ut dicitur in l. de atate. §. ex causa.
 ff. de inter. act. & cap. ceterum. de iura. calum. cum concord.
 de quibus per Decium in consil. 335. in 2. colum. Et quia vi-
 demus interdictum unde vi, non competere contra singu-
 larem successorem. l. cum à te. ff. de vi & vi arm.

Sed istis non obstantibus contrarium videtur verius. Et
 in primis est sciendum, quod quando aliquis subrogatur in ius
 alterius, etiam quo ad possessionem, tenetur ipse purgare
 spoliatum, sicut ille, in cuius locum subrogatur, ut tradunt
 communiter Doct. in l. rem, quæ nobis. ff. de acquir. posses-
 sionibus. & in d. c. sepe. Et Soci. in consil. 266. in 6. colum. quia res
 transit cum vitio suo, & licet in subrogato creatur novum
 ius, & nova possessio: est verum, quando simpliciter fit sub-
 rogatio, secus, si fiat etiam quo ad possessionem, quia ta-
 li casu actio spoliæ apprehendit eum, ut dicunt præfati Doct.
 & tale vitium nunquam præscribitur, donec purgetur: sicut
 dicitur de remedio c. reintegranda. 3. q. 1. quod perpetuo
 competit, etiam per mille annos, ut dicunt ibi Doct. & in
 d. c. sepe. quia improba possessio non meretur privilegia-
 ri aliqua exceptione vel præscriptione, ut dictum est supe-
 rius, vulg. l. improba. C. de acquir. possessione.

Præterea, quia regula ista non procedit, quando agitur
 possessorio, sed petitorio, ut dictum est in principio istius
 quaest. ex mente Rotæ: & ideo talis successor spoliatus con-

Ducti possessorio, se iuuare non poterit exceptione regule. Et tenendo ista opi. patet responsio ad deducta in contrariu, quia procedunt in simplici subrogatione. Nec obstat dicta l. cum a te. quia ad ea adparet solutio ex his, que ibi adducit Bar. Are. & Moder. in l. 4. §. Cato. in 3. opp. ff. de verb. oblig. Et ex istis faciliter potest etiam resolui quartus articulus, videlicet, quando subrogatus in ius spoli, agit contra successorem spoliantis: quia distinguendo modum subrogationis secundum superiora, patet clara solutio, ideo non insisto.

QVAESTIO DVODECIMA.

QVAERO, quia regula ista excipit simoniacum ingressum, quaeritur de qua simonia intelligitur, an de actuali & conuentionali, an de mentali, vel conuentionali tantum?

SOLVITIO. Videtur, quod inspecta generalitate verborum istius regulae, de omni simonia debet intelligi: quia verba simpliciter prolata comprehendunt omnes species, licet maior ratio sit in vna, quam in alia. l. si. ff. de fun. inst. Et bonus text. in l. i. §. q. aut. ff. de aleato. quia generale verbum, generaliter debet intelligi, vulg. l. i. de leg. praest. Et quia talis prohibicio fit, ex eo, quia simoniacus habet vitiosum ingressum, c. ordinationes. i. q. i. & not. oes in c. cum prid. de pact.

Sed hoc ita militat in simonia conuentionali sicut reali. Igitur in utroque regula habebit locum. Nam ita est simoniacus, qui promittit, sicut ille qui dat, vt dicit Bal. iudicatum fuisse Florentiae, in c. i. de testib. lib. 6. & ibi hoc tenet Pet. de Anch. & Philip. Francus in i. col. per text. in l. i. & in l. generaliter. §. i. ff. de calum. Et sequitur Deci. in c. veniens. in glo. i. de test. Et Roma. in singulari suo. 327. Nam promissio & datio parificantur, non solum in materia spirituali prohibitiua, sed etiam in alia profana: vt est text. in l. si. C. ad leg. Aquil. sequitur Soci. consil. 93. in 9. col. ver. circa quartum. & in proposito nostro est notabilis text. in c. nonnulli. a. q. i. qui dicit ita simoniacum esse reum qui dat, & recipit, sicut ille qui nihil dat, vel recipit, sed gratiam vel humanam laudem promereri cupit: quae omnia cum militent isto casu, dicendum est regulam utriusque casum comprehendere.

Sed quod regula ista tantum de simonia reali, siue actuali debeat intelligi, facit: quia verba in dubio capi debent cum effectu. ca. relatum. de cler. non resid. Et in potiori signifi-

cata, sicut dicimus in excommunicatione, qua in dubio **A**
 intelligitur de maiori. c. penult. de sentent. excom. sic Rota
 extraagantem Pauli II. incipien. cum detestabile. positam
 in ritu. de simo. qua generaliter loquitur, tantum in simo-
 niaco reali locum habere voluit, qui in dando, vel recipien-
 do consistit: ut me presente, in multis causis saepe decisum
 fuit: & de suis temporibus ita etiam iudicatum fuisse atte-
 statur d. Guliel. in collectaneis decisionum. Sic etiam Ro-
 ta in vna Lunen. Sarzanen. coram d. Martino Spinosa iudi-
 cant. elem. r. de sequest. pos. non habere locum in reali si-
 moniaco, qui triennio defendi non potest. Ita etiam in alia
 Taurinē. Abbatissatus, coram d. Guliel. Casiodoro, de an-
 no m. d. xiiii. Rota tenuit simoniaco realem non pos-
 se agere spolio: ut de utroq; meminit idem d. Guliel. **B**

Sed quod ista regula de conuentionali tantum loquatur,
 facit: quia lex debet intelligi de iis, quae frequenter accidunt,
 vulg. iura. cum duabus sequent. ff. de leg. cum concord. ut
 scribit Fely. in c. coram. in princ. de offi. deleg. Sed promissio-
 nes & pacta frequentius fiunt, quam dationes, ut expe-
 rientia docet. quia plura dicuntur, quam perficiuntur, ut
 adparet in l. Titia. de verb. oblig. & in l. sciendū. ff. de adil.
 edict. Ideo regula in conuentionali tantum debet habere
 locum. Neq; obstat si dicatur, quod sequeretur vnum in-
 conueniens, q̄ grauius hoc casu puniretur promittentes,
 quam dantes, cum tamen dantes magis peccent: quia de-
 ducunt conuentionem ad actum, & per consequens magis
 deberent puniri, iuxta l. j. & l. is. qui cum telo. C. de sicar. **C**
 Quia respōdetur, hoc factum esse, propter frequentiam deli-
 cti: quia cum homines procliuiores, ac faciliores sint ad
 promittendum, quam ad dandū, oportuit frequentiam pec-
 cati acerbitate poenae coerceri. Nā licet illi minus peccent,
 quam dantes, & recipientes: frequentia tamen delicti mi-
 noris, saepe maiori delicto praeponderat, ut in cap. tres au-
 te. circa fin. vers. quid autē. de poeniten. distinct. Et q̄ deli-
 cta frequentata magis debeant puniri, probatur in ca. ad-
 monere. 13. quaest. 2. vbi plus punitur interficiens vxorem,
 quam matrē: licet magis peccet, qui matrē interficit. Hoc
 autē factum est, propter frequentiam: quia cum homines
 procliuiores, & frequentiores reddantur ad occidendas vxo-
 res suas, quam matres, merito oportuit illi frequentiae gra-
 uitate.

Diuoribus pœnis succurrere, vt ibi declarat glo. in verb. ext. stentes. & facit text. in l. 3. C. de episc. aud. Ita hic videtur dicendum, quod licet dantes, vel recipientes sub regula non includantur, includuntur tamē promittētes, quia frequentiores sunt. Et pro ista opin. videlicet, quod regula debet intelligi de simonia cōventionali, & sic de minori, & non de maiori, videlicet reali, seu effectuali, facit in similia: quia appellatione voti, non intelligimus de solenni, sed de simplici, vt in c. rursus. qui cler. vel vo. A fortiori igitur in penalibus iustior pars eligenda erit, iuxta cap. in pœnis. de regul. iur. libro sexto. Nam in obscuris quod minimum est sequimur. l. semper in obscuris. ff. de reg. iur.

Quid dicendū? Certē considerata mente legis, dicendum est regulā intelligi debere de vtraq; simonia, videlicet, tam de reali, quā conuentionali: quia, vt dictū fuit in principio, vera simonia nūquam committitur, nisi cōcurrat exactio, vel promissio, vt dicūt cōmuniter Doct. quos sequitur Felv. in c. tua nos. in glo. si. de simo. vbi subdit Abb. & Felv. q. sicut ille, qui per simoniam realem acquisiuit beneficium, tenetur illud dimittere: ita ille, qui per solam promissionē de dando, illud cōsequutus fuit. & hoc idem tenet Abb. in cap. cū ad nostram. de electio. in 3. notabili. & sequuntur alij vbiq;. Et ita hodie x. i. Martij. m. d. xxxviii. in simili casu tenuerunt Domini in vna Conchen. fructuū, inter heredes Petri de Porta, & Ludouicum de Mata, coram R. D. Ioan. Paulo, q̄ permutatio simpliciter per solā promissionē corā ordinario facta, fuerit simoniaca. Nā in illo casu partes per paucos dies ante resignationē, promiserunt inter se adinuicē permutare, sub quibusdā cōditionibus, de quibus in capitulis. Et licet illa capitula remanerent in modis terminis promissionis, ex eo, quia non fuerant ad hunc mōdata ad effectū, & etiā cōtinerent illā clausulam. Saluo beneplacito sedis Apostolicæ, & continerent aliqua honesta, mista cū illicitis: nihilominus quia ante permutacionē non impetrarunt beneplacitū, sequens permutatio coram ordinario, licet fuisset simplex & pura, & posset referri ad pacta licita, presūmebatur facta ad executionē promissionis pactorū præcedentium, per ea, quæ not. Pet. de Anteb. & Imol. in c. quæsitū & in c. cū vniuersorū. de rer. permut.

Cū igitur regula ista loquatur simpliciter de simonia

debet intelligi de vera, videlicet conuentionali, vel reali, non autē de mentali, quæ sola pœnitētia deletur, vt dicūt omnes in c. fi. de simo. Et licet appellatione simonia, largo sumpto vocabulo, omnis simonia cōprehēdatur, videlicet realis, cōuentionalis, & mentalis. d. c. sunt nōnulli. tamen in materia pœnali & odiosa, cuiusmodi est ista, sola realis & conuentionalis cōprehendūtur, quæ sunt propriē simonia, iuxta c. cū super. de cōfes. & c. Matthæus. de simo. not. Cald. & Abb. in c. cū clerici. de pac. Fely. in c. in sinuatum. de simo. Illa verò, quæ precibus vel gratia fit, nō est propriē simonia, nisi preces fiāt illa mēte & intētiōne, vt notoriē indignus admittatur, & excludatur dignus: vt tradūt cōmunitet omnes in c. cū M. de cōst. Solē enim preces in dubio emissæ nō inducūt simoniā punibilem: vt est B. tex. in c. rua. & ibi not. Fel. in c. cū essent. de simo. Et ita bis me presente cōclufit Rota in vna Rossen. Subdiaconatus, corā R. D. Io. Mohedano, de mēse Decēb. m. d. xxxvii.

Et ista quæ dicta fuerunt procedunt in sciente simonia: cōsecus in ignorante: vt quia pater, vel frater aliquid dedit, pro dando beneficio filio, vel fratri, eo penitus inscio: quia talis ignorans bene defenderetur regula. Nam licet ille, qui obtinet beneficium per simoniā per alium cōmissam ipso ignorate, sit priuatus ipso iure titulo, & teneatur illud cedere, cum licētia superioris, vt dicit Abb. in c. pen. in 1. & 2. notab. per illum tex. de elec. & in c. nobis. in 1. notab. de iurepat. cum sim. vt per Moder. in tract. de iurepat. in vers. & vile. q. 3. Quorum dicta in hoc adprobauit, & sequuta est Rota in vna Messanē. capellania de mēse Maio, m. d. xxxvi. coram R. P. D. Petro Vortio. Nihilominus hoc non procedit, quo ad effectū istius regulæ, quæ requirit titulum coloratū. Et constat tales possessores ignorantes simoniā per alios cōmissam in suo beneficio, interim habere titulum coloratū, vt expressē dicit Ant. de But. & Card. post Innoc. & alios in c. nisi cū pridem. in prin. col. pen. vers. infertur tertio. de renūtiat. Hinc est, q̄ talis ignorans simoniam cōmissam in beneficio suo, potest agere spoliō: vt cōclufit Rota in vna Firmana parochialiū, die 20. mensis Nouemb. m. d. xxxviii. coram P. R. D. Petro episc. Aqueu. Ratio est: quia habet titulum coloratum, & non est suspensus ipso iure, sed suspendendus, vt tenet Abb. in c.

D tanta. in 2. col. vers. tertio membro. de simo. Hoc tamen de
 spolio intellexit Rota, quādo talis simoniacus ignorans,
 spoliatus, haberet dictum titulū per obitum alicuius: pro
 quo obtinendo pater, vel frater, vel aliquis alius cōsangui
 neus pecunias dedit, ignorante isto prouiso. Secus vero,
 si haberet titulum ex resignatione illius, qui pecuniam rece
 pit ad hoc vt resignaret. Nam tali casu, licet iste prouisus
 ignoret simoniam, si spoliaretur, non esset restituendus.
 Ita Do. cōcluserūt in d. causa Firmana. Ratio fuit: quia hoc
 casu resignans nihil transtulit propter decisionem 7. de re
 nuntiat. in antiq. post Inno. in c. cum vniuersorū. de rerum
 perm. qui tenent talem renuntiationē non valere, neque
 abdicare titulū à resignāte: & sequitur Ioā. Franc. Pannus
 in trac. de offi. & pot. c. sed. vac. fo. 16. in 3. col. Adparet igi
 tur, q̄ reg. ista intelligitur de simonia scienter & manifesta
 commissa: quia cū talis sciens non habeat titulum colo
 ratum, vt prædicti Doc. dicūt in d. c. nisi. & æquiparetur ha
 refico, vt tradunt Moder. in rub. de simo. per text. in c. eo
 1. q. t. tradit Abb. in c. accusatum. in fi. de simon. non potest
 rit ista regula iuuari: secus in simoniaco ignorante. Et cum
 mysterio dixi, scienter & manifeste: quia si esset occultus
 simoniacus, licet ipse simoniā scienter commiserit, posset
 fortassis defendi regula: quia licet quo ad se ipso facto in
 spensus sit: nihilominus quo ad alios tenet titulum colo
 ratum, qui, vt prædicti Doc. dicunt in d. c. nisi. & Abb. in d.
 c. accusatum. & c. per tuas. de simon. sufficit quo ad istam
 regulam. Nam paria sunt non esse, & non adparere. Ita lo
 que. ff. de contrahen. emp. Et ecclesia non iudicat de occultis,
 vt in ca. à nobis. de sent. excom. licet in foro conscientie
 teneatur illi, quem exceptione istius regulæ repellit à
 prosecutione sui boni iuris, ad restitutionem: iuxta ea quæ
 dicit Inno. & domin. Ant. in dicto c. nisi. & faciunt ea, quæ
 scribit Angelus in summa, in verbo, simonia. la. 6. & 7. in c.
 tanta. & c. per tuas. de simon.

Secundo principaliter limitantur prædicta procedere,
 quādo aliquid fuisset promissum, vel datum ante collatio
 nem: secus vero, si post collationē, vel prouisionē benefi
 cij: quia tali casu non cōmittitur simonia, & possessor hoc
 casu bene teneretur exceptione istius regulæ, vt tenet Gl.
 hic, in 2. col. quia sufficit, q̄ à principio habuit titulū, licet
 ex post

ex post committatur simonia: & vltra Glossatorem hoc te A
 ner Ioan. And. & Abb. in c. veniēs. el. 1. de testib. & sequitur
 Decius in cōf. 118. viſo in ſtrumēto. col. 2. & alibi ſepe. Et ita
 tenuit Rota in vna Legionē. Archidiaconat. de Saldagna,
 corā D. Nicolao. Aragona, de mēſe Nouē. M. D. X X V I I I.
 licet poſteā ex productione cuiuſdā cedulæ, in progreſſu
 cauſæ preſentatæ relatiuē ad renuntiationē priorem, quæ
 dicebatur facta ſub confidentia, adparuerit renuntiationem
 ſimoniacā fuiſſe, vt tenuerunt omnes Domini 18. Martij,
 M. D. X X V I I I. coram eodē D. Aragona. Sola igitur con-
 uentio facta poſt renuntiationem liberam, ſimoniam non
 induceret, niſi fuiſſet facta promiſſio incōtinētī poſt pro-
 uifionem: Secus ex interuallo, vt dicit Egid. deciſ. 12. vbi de
 hoc rationem ponit: licet Decius in l. 2. colum. penult. C. de
 inſtit. & ſubſti. indiftinctē loquatur. niſi, vt dixi, adpareret B
 promiſſionem reciprocam, & relatiuam fuiſſe. Quia tali
 caſu argueretur ſimonia. Nam in beneficialibus actus re-
 ciproci, videlicet, facio vt facias, vel do vt facias, inducunt
 ſimoniam, iuxta tradita per Moder. in c. paſtoralis. de re-
 ſcript. & per Corne. conſ. ſi. lib. 1. Iaſ. in l. Titia. col. 11. num.
 26. ff. de verb. oblig. cum concor. quæ more ſuo congerit
 Decius in l. certi conditio. §. ſi nummos. in §. col. nu. 14.
 ff. ſi cer. per. Per quæ dicta ita iudicauit Rota meo tēpore
 in multis cauſis, præcipuē in vna Gerunden. in fauorē Bal-
 dirij Auinio. coram D. Camillo de Ballionibus. Et in vna
 Illerden. prioratus coram R. D. Io. Clerici. Et in alia Caſar
 anguitan. canonicatus, & præbend. coram R. P. D. Marcel-
 lo. Et quod dictum eſt, prouifionem, vel dationem factas C
 ante prouifionem beneficij, inducere veram ſimoniā, quæ
 tepellit poſſeſſorem à priuilegio iſtius regulæ, hoc proce-
 dit, niſi per ſimoniā commiſſam ſuperueniat aliquis colo-
 rarius titulus, cum quo triennio, poſteā ſimoniacus pacificē
 poſſideat: quia dato, q̄ ille titulus poterat reduci ad non
 titulum, ex eo, quia non fuerat facta mentio inhabilitatis
 contractæ ex ſimonia, & ſic ſit inhabilis: nihilominus ex-
 culat à perceptione fructuū: & conciuferunt Domini ho-
 die 18. Martij M. D. X X V I I I. in prædicta cauſa Conchen.
 fructuū, coram eodem D. Ioan. Paulo. Etiā ſi poſteā talis
 ex præambula ſimonia declaretur inhabilis, vt latiùs in in-
 formation. dictum fuit, quas breuitatis cauſa non refero.

D Et ista quæ dicta fuerunt, procedunt, etiam si illud quod datur vel promittitur, pro consequendo beneficio, promittatur, vel detur ad effectum, ut conuertatur in aliquem primum usum, puta in fabricam ecclesiæ, vel, ut de illo dato fiant in ecclesia organa. Quia nihilominus ille erit verus simoniacus: & illa simonia considerabilis est, non solum quo ad istam regulam, sed etiam secundum Rotam, quo ad priuationem beneficii & tituli: prout Domini concluderunt per tres sententias, in vna Messanen. vicariæ, primò, coram R. P. D. Petro Vortio secundò, coram R. D. Ioanne Clerico tertio, coram R. D. Siluestro de anno M. D. XXXVII. & inter cætera per tex. notabilem in c. ex multis. in verbo, constitutum eodem modo. & in c. i. q. 3. Quod tamen limitatur, nisi illud quod pro fabrica porrigitur, daretur propter aliquod statutum vel consuetudinem præambulam, iuxta doctrin. Abb. in cap. Iacobus. de simon. in oppos. declarat text. in d. cap. ex multis. & ante ipsum hoc tenuit d. Anon. in cap. cum M. vers. venio ad 6. notabile. de consi. referet d. Nicolaus Milis Rotæ auditor, in versic. simoniam non committit. super quo tamen latè disserit Decius in consi. 118. col. fi. & ita Rota tenuit in dicta causa Rossen. excepti duobus auditoribus. Nec obstat, quod indistinctè dicit Petrus de Ancha. in consi. 193. in si. simoniacum non esse priuatum ipso iure, & per consequens videri habere titulum coloratum: quia qui sunt ipso iure priuati, illi tantum dicuntur discoloratum titulum habere: ut tradunt omnes in cap. cum nostris. de concess. præben. & Fely. in cap. in nostra. in 34. corrol. de rescript. quia intelligitur dictum Petri, de simoniaci occulto, ut ex verbis eius adparet: aliàs illud dictum non esset verum: cum simoniacus manifestus sit non solum ipso iure priuatus, sed est detestabilior omni peccatore, ut patet in cap. tanta. & c. per tuas. de simon. Nam, ut dixi, æquiparatur hæretico, ut dixit Hostien. in summa. de hæretic. §. i. facit text. in cap. si quis pecuniam. 79. distin. & sic est infamis de iure & de facto: adeò, quòd etiam Pagani & Gentiles huiusmodi homines detestabantur, ut cum se refert Alexander Neapolitanus lib. 3. dierum genialium, cap. 17. Sic enim apud veteres Qu. Coponius, quòd vino amphoram ei, cuius suffragio magistratum petebat, deo dederat, ambitu condemnatus fuit. Sed illa tam salutaris

ambitionum pena, teste Modestino in l. ff. ad l. Iul. de A
 amb. post aduentum principum in vrbe cessauit: quia ad
 curam principum, non populi fauorem, tunc magistratuū
 creatio pertinuit: & ita quoque hodie titulus de simonia
 silet. Et propterea in sexto Decretalium libro, nec in Cle-
 mentinis titulus ille repetitus fuit. Inde factum est, vt ple-
 nique nostrorum temporum principes Heliogabalum (vt
 Lampridius refert) secuti, indignorum precibus, aut num-
 mo, magistratus & sacerdotia indoctissimo cuique, & vir-
 tute carenti conferant: Theodosij præceptum poster-
 gantes, qui viros non ambitione vel pretio, sed probatæ
 vitz, & disciplinarum testimonio, ad honoris insignia
 promoueri debere voluit: Alexandri Imperatoris exem-
 plum securus, qui ideo se nolle dignitates & magistratus
 vendere prædicabat: quia qui emunt, vt vendant, necesse
 est, vt pecunias in emptione honoris expositas recupe-
 rent, &c. Ex quibus omnibus resultat conclusio, quod re-
 gula ista non solum in reali, sed etiam in conuentionali
 simoniaco procedit.

Sed aduertendum est, quia huic conclusioni vnum ob-
 stat: quia clari iuris est, quod illi, qui sola conuentione si-
 moniam committunt, de iure communi non sunt ipso iure
 priuati: sed priuandi sunt per sententiam, nisi simonia
 realiter dando, vel accipiendo committatur, vt late probat
 D. Guliel. in suis decis. titu. de constit. decis. 5. Si igitur ira
 est, interim habebunt titulum coloratum, sicut periuurus,
 homicidæ, & alij, de quibus per Inno. in cap. cum nostris.
 de concess. præben. & ideo hac regula iuari debebunt.

QVAESTIO DECIMATERTIA.

QVAERO, an successor in beneficio titulo permuta-
 tionis, vel aliâs, possit contra tertium impetran-
 tem vti exceptione istius regulæ competenti præ-
 decessori suo, ex sua triennali possessione?

SOLVTIO. Videtur dicendum, successorem vti non pos-
 se exceptione istius regulæ, pluribus rationibus. Primò,
 quia hoc satis notum est omnibus curialibus, regulam istam
 ex longæua interpretatione Rotæ, exceptionem, siue
 privilegium personale possessoribus ipsis tantum tribue-
 re, vt refert etiam D. Guli. Casiodorus hîc, & ante ipsum
 R. P. D. Iacocus Simonetta antiquus, & curiosissimus au-

Ditor in suis memorialibus Rotæ. Et ita in vna causa Carrien. portionis coram D. Guliel. pendente inter Gundifilium de Salazar, & quendam alium, de anno M. D. XIX. terminavit & conclusit Rota. Si igitur regula personalem titulum exceptionem tribuit ipsi possessori triennali, successor illi uti non poterit: quia ille non est triennalis possessor. Statur hoc, quia verba istius regulæ possessoræ, & non tenent possessam respiciunt, & ad illum diriguntur: ut patet in illis verbis, impetrationes de beneficiis sic possessis, & curis, super beneficiis possessis nequeant molestari, &c. Cum igitur verba prædicta possessoræ respiciant, in cuius favorem regula ista edita fuit, meritò iudicata fuit personalis, quam opinionem etiam tenuit Glossator cōcilij Basiliensis in præ-

Egmatica Franciæ, sub titulo de pacific. possess. & Glossator hic, & in reg. de annali, aliquid dixi. Ex quo inferitur, quod exceptio eius personam possessoris non egreditur, & per consequens non transit in successorem. iuxta l. quia personale. ff. solu. matr. & l. i. §. permittitur. ff. de aqua quodlib. & æstual. cap. 2. de autoritate & usu pal.

Præterea, quod successor aliquo casu possit iurati exceptione temporis sui prædecessoris, hoc aliud non venit nisi virtute præscriptionis. Sed in casu nostro hoc procedere non potest ex eo, quia titulus beneficii est impræscriptibilis, ut tenent Hostien. & Henric. in cap. dilecto. de præscript. in cap. relatum. de iure patron. facit text. in cap. postulati. cod. tit. & quæ not. Bald. in l. 3. C. de eman. lib. & not. in ca.

Iura. de iure patr. & in cap. i. de reg. iur. lib. 6. & in c. ex frequentibus. de instit. cum aliis similibus. Igitur possessio prædecessoris prodesse non poterit successor: præsertim ista triennalis præscriptio, quæ sine possessione non procedit, nec per consequens in alium transfertur, iuxta l. si quis emptionis. §. ita tamen. C. de præscript. 30. ann.

Præterea, quia in beneficialibus nulla datur successio respectu tituli, ut in c. i. de præscript. & in c. Moyses. 8. q. 1. Nam titulus prædecessorū extinguitur totaliter per eius mortem, aut renuntiationem, nec aliquid de iure mortui ad successorem transmittitur, cum nihil ex iure primi habeat, sed ex nova electione, vel collatione sibi tribuitur, ut not. Io. Moys. in cap. 2. ut lit. pend. lib. 6. & in cap. si tibi absentis. de præscript. cod. lib. Ioan. And. in ca. ex parte. de arbit. & reassumebat.

ius Guliel. de monte Lauduno in commento extrauag. su A
 cepti regiminis. in verbo, vacatiū. posita in titulo, ne sede
 vacan. inter cōmunes impressas. Nam adeò ius beneficiale
 personale est, quòd personā non transgreditur, sed in suc-
 cessore per omnia nouum ius creatur: & nil in eum trāsīt,
 nisi sola lis incepta. Quod fit potiùs ex quadam equitate,
 quàm de rigore iuris, vt ibi latiùs per eū. Et per consequēs
 cum tituli beneficiorum sint singulares, & personis tantū
 possidentium adhæreant, ius vel possessio vnus non iua-
 bit successorem, cum in hac materia beneficiali non cadat
 successio iuris, vel facti, vt idem Guliel. de monte Laudu-
 no probat in extrauag. execrabilis. in verbo, quæ aliās, in 3.
 col. inter communes impressas, titulo de præbend.

Istis tamen non obstantibus, reperio contrariam opi- B
 nionem plures excellen. viros tenuisse. In primis illam te-
 net quidam Ioan. Franciscus de sancto Nazario, de Ripa
 mancuparus, vir doctus in lib. 1. responsorum. conf. 17. & an-
 te ipsum hanc opin. tenuit etiam ab antiquo Cancellaria
 Curie Romanæ, vt adnotarunt Nicolaus de Castello, Fer-
 rera, & Parma, illorum temporum Abbreuiatores prima-
 rii, & rerum omnium ad Cancellariam pertinētium curio-
 si, in quibusdam eorum formulariis, siue adnotationibus.
 Et postremò eam etiā sequitur Ioā. Staphil. olim Rotæ au-
 ditor in quodā suo tract. hincinde cōpacto de literis gra-
 tiæ & iustitiæ, nouissimè per alios impresso. fol. 91. Mouen-
 tur prædicti Modern. 2. de Nazario istis motiuis. Pri- C
 mò, quia prædecessor possidens beneficium cum colora-
 to titulo per triennium, vel per decem annos, secundū di-
 spositionem iuris prescribit ius cuiusq; cōpetens, vt not.
 Abb. in cap. contingit. in 3. colum. de dolo & contu. Ergo
 tali iure poterit vti successor: quia sufficit in beneficiis
 excludere petitem per exceptionem iuris non sui, & in
 tali materia licitum est vti iure prædecessoris, secundū
 Compostell. Ioan. Andr. & Card. in cap. mandatum. de re-
 script. sequitur Fely. post Imol. in c. capitulum sanctæ Cru-
 cis. in 9. colum. eod. titu.

Item, quia regula ista loquitur indistinctè, quòd posses-
 sor triennalis nō molestetur. Ergo debet intelligi, vt mo-
 lestia excludatur omni via, videlicet directè, vel indirectè,
 iuxta tex. in c. cum quid. de reg. iur. lib. 6. Nam sic successor
 Z Z

Possit molestari per indirectū, etiam prædecessor molestari videretur, quia euicto successore cogetur prædecessor reddere beneficiū, quod habuit ex permutatione. Pro quo facit l. si controuersia. cū ibi no. & l. si permutationis. C. de euictio. Hoc autē est incōueniēs: igitur intelligenda est regula generaliter de molestia, tam illata auctori possessori triennali, quā inferēda successorī in ius illius: præsertim, quia iure cauetur, quod successor potest vti defensionibus actoris sui, contra quem habet regressum de euictione. l. emptori. C. de euict.

Adde pro ista opinione bene facere, quæ habentur in l. id rēpus. ff. de vsucap. & in l. dolia ff. de cōtrahē. emptio. & in l. Pōponius. §. cū quis. ff. de acquir. pos. vbi traditur regula

Ela, q̄ in vsucapionib. & præscript. successor tā vtilis, quā singularis potest vti a ccessione prædecessoris. Nam defensionēs cōpetētēs actori, profunt successorī singulari. l. C. de vsucap. transfor. & l. r. in princip. ff. de act. vel hare. vel. & dicit regula iuris in cap. is, qui in ius. de reg. iur. lib. 6. quod qui in ius succedit alterius, eo iure, quo ille vti debet. Nam successor etiam singularis repræsentat personam prædecessoris, vt not. Bar. in l. si is, qui. ff. de vsuca. l. part. §. quindecim. de leg. 3. Et hoc in beneficialibus procedit. Nam successor in beneficio est successor sui prædecessoris, vt not. in cap. aduersus. de immun. eccle. Innoc. in ca. eum te. de rescript. & in cap. 2. de ord. cog. & in c. in primis. §. 1. verò ille. 2. quaest. 1. & in ca. si sacerdotes. 16. quaest. 3. Nam

Fingitur successor eadē persona cum prædecessore, vt not. Innocē. in c. q̄ sicut. de elect. cū pluribus iuribus cōcordantib. qua alleg. Spe. in tit. de sent. §. nūc de effectu. in 2. col.

Præterea, quo ista opin. Io. Staphileus, loco superius allegato, adducebat: Quia successor qui nunc dat de regia, nō venit ex iure prædecessoris simpliciter, nec ex illi^{us} persona dicit se ius habere, dicēdo, Prædecessor meus nō potuit molestari: ergo neque ego, qui eidem successi, quia nō allegaret ius tertij, quod est prohibitum, vt latē tradit in l. qui cum hered. ff. de excep. rei iud. cum aliis, de quibus dicitur per eum. Sed iste successor nititur ex decreto papæ hinc posito, quod annullat gratiam, prout in simili factum videmus in ca. eum dilectus. de iure patr. ita concludit Staphileus in dicto loco, respondens ad quædam cōtraria, vtiliter

per eum. Et tenendo istam opinionem ad allegata in con- A
 trarium Moder. de Ripa in d. confi. respondet generatim,
 & vno verbo, videlicet illa procedere, quando successor
 ex titulo & possessioe sui predecessoris vellet fundare ius
 sui sine nouo titulo, & nouo iure, quod facere non potest,
 per predicta, vt etiam dicebat Staphileus, & est vtra ipso
 dictum Socini in confi. 24. colum. 12. versic. 5. vbi dicitur
 quod nemo de iure alterius excipere potest ad excluden-
 dum alterum. facit l. loci corpus. §. competit. ff. si seruit,
 sed. & habetur per Bart. in l. si tertius. ff. de aqua plu. arcen.
 Secus, quando successor se fundat proprio titulo, ad eliden-
 dum titulum tertij impetrantis, excipit de iure sui prede-
 cessoris, quia tali casu potest hoc facere: quæ quidem respo-
 sio concordat cum motiuis Staphilei proxime dictis. Ita B
 sunt, quæ pro vtraque parte dici possunt.

Quid tenendum? Certè prima opin. videtur verior & fir-
 mior, videlicet quod successor in beneficio non possit vti
 exceptione istius regulæ, quæ cõpetebat suo predecessori
 possessori triennali. Et vis tota istius opin. consistit in hoc,
 quia regula ista tribuit tantum possessoribus priuilegium
 suum, quod quidè est personale, vt saepe tenuit Rota, vt su-
 perius dictum fuit, & tenet domin. Gulil. super regula de
 annali. Et tamen clarum est, priuilegium personale ad pos-
 sessorem non transire, vt dicitur in c. priuilegium. de regu.
 iur. lib. 6. Nam possessori triennali datur istud priuilegium
 propter suam possessionem triennem, sed successor non
 est possessor triennalis. Ergo cessat regula: & isti motiui C
 non possunt realiter responderi, quia adponit gladium ad
 radicem. Ex quo inferitur, quod si possessor moriatur, vel fe-
 nantiet, & beneficium alteri conferatur, non potest ille al-
 legare pro sua defensione triennem possessionem pre-
 decessoris. Et ita dicunt quidam Moderni. Sabinenses tem-
 pore suo seruasse Rotam. Et hoc idem tenuit olim Ioan.
 Aloisius Tuscanus auditor Cameræ, vir insignis doctrine,
 qui antea aduocati consistorialis officio iungebatur, in
 quodam cõsi. reddito in causa Burg. Scholastrie, in vltimo
 dubio, volu. primo suorum cõsil. fo. 29. Pro qua opi. faciunt ea
 quæ tradit Card. in confi. 145. qui voluit, quod priuilegium
 elemeni. de sequest. poss. concessum habenti diffinitiuam
 sententiam pro se, non habet locum in eius successore,
 ZZ ij

Dex quo est priuilegium personale cōpetens illi, qui sententia pro se obtinuit: quæ quidē qualitas in subrogato non cōcurrit, vt not. glos. in regula, is qui in ius. in fi. de reg. iur. lib. 6. Hinc videmus, quod ius personale, vel actio personalis nō sequitur successorē, vt in l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebel. & ibi not. Bart. Ad idem facit l. fi. §. si. ff. de cōtrahen. emp. & l. fi. C. de hæred. actio. & l. æris alieni. C. de donat.

Postremò, pro ista opin. facit, quia priuilegium cōpetens ratione personæ, cessante persona, cessat priuilegiū. l. Paulus. aliàs incipit, per procuratorem. & ibi Moder. ff. de acquir. hæred. cum concord. vt scribit Socin. consil. 153. lib. 2. Nam cessante causa priuilegij, cessat priuilegiū. l. Tria. §. vsuras. ff. de leg. 2. Cum igitur causa priuilegij sit triennalis

E possessio, illa cessante, cessat priuilegium regulæ.

Non obstat ea, quæ pro cōtraria parte superius sunt adducta, quia illa procedūt respectu iuris, in quo quis subrogatur: secus autē respectu possessionis. Vel illa omnia motiua procedunt in materia prophana, in qua datur successio & translatio iuris: secus in beneficii, per ea quæ superius dicta fuerunt. Et ista omnia procedunt, loquendo de exceptione regulæ, quæ non competit successor: tamē poterit adiuuari, allegatiōe Lap. 89. de qua in alia questione dicemus, licet quidam antiqui aduocati, vt Ioachinus de Narnia, vir doctus, super hoc distinxerit inter successorem dignitatis, vel alterius beneficii: quia primo casu possit inuari exceptione prædecessori cōpetenti, ex quo dignitas

F dicitur habere successorē, iuxta notata per glo. in ca. quod sicut. de elect. & in cap. relatum. el. 2. de testam. quod non est in aliis beneficiis. Sed potest responderi, quod illa successio consideratur ad alium effectum, de quo in cap. quoniam Abbas. de offic. deleg. Secus verò est ad effectum, de quo agitur, in quo non datur in beneficiis successio, et ad abolendam. de fil. presbyt. & cap. ad decorem. de inlit. Et quia exceptio istius regulæ est personalis, cōpetens possessori triennali, & non aliis, prout dixi in questione vigesima prima, vel vigesima secunda. Et ita secundum istā opinionem iudicauit Rota, vt refert Staphileus loco superius allegato, per rationes, quas ibi refert, licet postea ipse contrarium tenuerit, & malè: quia rationes suæ concludunt, quādo decretum adpositum fuisset in lege cōmuni, prout

prout in dicto ca. cum dilectus allegato per eum: quod iuris communis decretum quilibet deducere & allegare potest. Secus est in decreto regulæ, quæ non annullat, nisi in actis producat: & produci non potest, nisi ab ipso trienniali possessore, cuius fauorem cõcernit, nec alius nõ possessor eã deducere potest. Patet, q̄ triennialis possessor conuentus si nõ exciperet de regula, posset cõdēnari, & canonicari impetratio aduersarij, quæ nulli nõ esset, nisi oppositæ trienniali. Nã illa qualitas triennialij tēpore exceptionis requiritur, iuxta l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. & ea quæ dixi in c. statutum. col. pen. & præced. de rescrip. lib. 6.

QVAESTIO DECIMAQVARTA.

QVAERO, vtrũ exceptio istius regulæ iam proposita in actis, per defunctum triennalem possessorem, contra actorem molestantē, transferatur in subrogatum, in iure, & ad omne ius, quod illi quomodo libet cõpetebat, etiã quo ad possessionem, prosecutionē, & defensionem litis, & causã in eo statu, in quo defunctus existeret, etiam si non resignasset, admitti potuisset & debuisset?

SOLVTIO. Ista quæstio est exēplaris & noua, nec memoria patrum nostrorum, vsq; ad hæc tempora, in Rota decisa. Ideo latius eam attingam, exemplo Iuriconsulti in l. legati, ibi, plenius rogo, quæ ad hæc spectant, attingas: quotidiana enim sunt, & c. ff. de liber. leg. Et quia hoc dubium hodie 21. mensis Octobris M. D. XXXVII. propositum in Rota fuit, per Reuerend. dominum Marcellũ Crescentium, episcopum Mariscanum, in vna Zamoren. beneficiorum, vertente inter Alphõsum de Azero, cessionariũ, & subrogatum in ius Antonij Lopez, & Aluarum de Herrera actorem, aduersarium Antonij Lopez defuncti cedēdi, & dicti Alphõsi subrogati. Referam motiua, quæ pro vtraque parte per Dominos facta fuere, plura addendo, quæ ad rem facere videbuntur. In primis igitur, cum causa ista sapius per eundem dominum ponētē proposita fuisset, & informationes variæ hinc inde darētur, post disputationes plurimas, Dominorum auditorum vota pro vtraque parte contraria, & paria fuerunt. Nam quatuor ex Dominis partem negatiuam defendebant, videlicet subrogatum exceptione istius regulæ, iam per defunctum propositæ, vti non posse, moti his fundamentis. Primò, quia negare

Non poterat, istius regulæ exceptionem personalem esse, & cum persona extingui. Nam non conceditur nisi triennalibus possessoribus, & sic habentibus prædictā qualitatem, vt dixi in præced. quæst. Sed ista qualitas triennalis possessionis extinguitur cum possessore. Ergo nõ tranfit in subrogatum. Et licet in eum transeant iura defuncti, non tamen transeunt cum qualitate sua, quæ adheret corpori, seu personæ: quia tali casu subrogatus non sapit naturam illius, in cuius locum subrogatur, vt est textus notabilis in l. prima. §. si quis autem. ibi, persona est, quæ meretur hoc beneficium, &c. ff. de success. edicto. quæ ad hoc prædebat Bal. in l. certum. in fine quartæ quæstionis. in verbi. item dubitatur. C. vnde legit. Ad idẽ est bonus textus in l. cum

in fundo. §. si fundus. ff. de iure dotium. quem ad hoc pro notabili allegat Roma. in sing. suo 225. incip. Tu habes. Et ita per illa iura Alex. prædicta theoreticam, videlicet quod subrogatus sapit naturam subrogati, declarat in consilio 107. viso themate. in 3. col. lib. 3. Pro quibus faciunt ea, quæ dicuntur inferius in q. 20. & seq. Cum igitur in Alphonso subrogato deficiat illa qualitas possessionis triennalis, cessat etiã exceptio istius regulæ. Ita dicebāt illi quatuor Domini.

Alij quatuor auditores tenebant contrarium, videlicet subrogatum ad omne ius, admitti debere ad exceptionem istius regulæ, iam propositam in actis, & deductam per defunctum. Quam opinionem ita probabant. In primis, quia iste Alphonso subrogatus fuerat nõ solum ad omne ius, sed etiam ad statum litis, in quo defunctus erat, ac si non cessisset. Et ista subrogatio ad statum litis & causæ, non solum subrogato de iure communi competit, vt patet in decisione prima: vt lit. pend. in antiquis. Sed etiam ex se solet colliganti ab homine specialiter cõcedi, vt hic concessa fuit. Et ista geminatio aliquid plus operari debet, vt videlicet, ius exceptionis in subrogatum transferatur arguorū, quæ dicit notabiliter Bart. in l. 3. §. si rem, in fine secundæ oppositionis. ff. de legatis 3. Præsertim, quia cum sit subrogatus ad omne ius, illa vniuersalitas videtur comprehendere etiam exceptionem propositam, quæ ius bonum appellatur, secundum Bart. in l. 1. per illum textum. C. quo. & quando quarta pars. libr. 10. Nam licet sub indefinita oratione comprehendi non videantur, nisi ea, quæ

ex propria significatione vocabuli colliguntur, vt in l. quæ A
 titum. §. illud fortasse. de leg. 3. Vbi verò indefinitè oratio-
 ni additur ista dicitio vniuersalis, Omnis, nō solum ea, quæ
 simplex & propria vocabuli significatio adfert, sed omnia
 alia veniunt, quæ accidentaliter illi rei adhærebant, vt est
 text. in l. heres meus. §. 1. ff. eod. tit. cum aliis cōcord. vt scri-
 bit Dyn. in rubrica de reg. iur. lib. 6. & Specul. titu. de feud.
 q. 17. Hinc illud vulgare ortum habuit, Qui totum dicit, ni-
 hil excludit: de quo in l. Iulianus. ff. de leg. 3. Et hac ratione
 videmus, quod licet simpliciter subrogatus ad ius defun-
 cti, non censeatur subrogatus ad possessionem, nisi dica-
 tur: vbi tamen subrogatio fieret per verba vniuersalia, vide
 licet ad omne ius, vel similia, possessio comprehenditur,
 licet de ea non fiat mētio, vt dicit decisio quinta. vt lit. pen B
 den. in nouis. quam sequitur Felyn. in rub. de rescrip. col.
 3. & hoc expressè tenet etiam Bald. in consilio 436. incip.
 quidam creditor. in 3. colum. versu. 7. in volu. vt dixi in regu-
 la de subrogandis. Et hoc adeo verum est, quod etiam si
 his fuisset mota per defunctum, proprio eius nomine ex-
 presso, adhuc suprogatus censeatur de iure admissus in eo-
 dem statu causæ & litis, in quo defunctus erat, vt est deci-
 sio 377. incip. ex hoc insurrexit. in nouis.

Confirmatur ista opinio, quia licet ius agendi nō tran-
 seat in singularē successorē: ius tamen excipiendi trāsit,
 vt latè probat Ias. in l. secunda. in 53. colum. num. 151. C. de
 iure emphyt. Cū igitur ius excipiendi de ista regula erat
 in casu nostro iam radicum in personam cedentis, debet
 transire in singularē successorē specialiter subrogatum.
 pro quo videtur esse text. in l. si tibi. §. pactum. ff. de pactis.
 quem ad hoc Alexand. ibi in primo notabili, Ias. & Moder.
 not. Hinc videmus, quod licet appellatione successoris, non
 veniat nisi vniuersalis successor, vt Bart. notat in l. stipula-
 tio. §. sicut. ff. de verb. oblig. cum simil. vbi tamen agitur de
 iure excipiendi, singularis successor appellatione succes-
 soris continetur, vt dixit Alexand. in l. quædam. §. nihil in-
 terest. per illum textum. ff. de eden. & tradit Bart. in l. si ter-
 tius. §. si prius. ff. de aqua pluuiali arcenda.

Præterea, pro ista opinione adducebantur, quæ tradunt
 Cuman. & Socin. in l. 2. §. sanè. nu. 7. ff. de except. vbi vo-
 luerunt, quod vbi exceptio nō transit in successorē, quia

Dpersonalissima: si tamen proposita, & deducta fuit per defunctum in iudicio, transit in successorem, sicut videmus in illa exceptione, Ne quis cōueniatur, nisi in quantum facere possit & in actiōe iniuriarū, & iure dicēdi nullū, & similib.

Præterea, adducebatur etiā, quia per exceptionem propositā per defunctū in actis, iam fuerat exclusus iste Aluarius de Herrera, & perempta fuit intentio eius, quæ fundabatur in gratia de beneficio per triennium possessio, iuxta not. in cap. 1. de ord. cog. & tradita per Decium in l. non videtur cōpisse. nu. 3. ff. de reg. iur. Nam idem est, non habere actionem, vel exceptione esse repulsum. l. vel interest. ff. de reg. iur. Qua ergo ratione Alphonsus deberet absolui ab Aluaro, si actio illi non competeret, eadem ratione, &

Esi expulsus fuit exceptione. Nā semel exclusus, semper manet exclusus, iuxta ea, quæ notat Bar. in l. Cassius. circa ff. de senat. Et semel nullū, semper durat nullum, & quo ad omnes etiā si cesset causa nullitatis. Dynus in regula, quod ab initio. de regulis iuris, lib. 6. Oldr. cōsil. 306. faciūt quæ notat Bar. in l. si post mortē. ff. de bon. posses. contra tab. & in l. si iudex circūuento. ff. de mino. Et ideo ideo finita materia, super qua iudiciū fundabatur, illud solui necesse est, vt dicit Bal. in consil. 121. col. fin. lib. 3. per l. si finitam. ff. de susp. tuto. Sic etiā dicimus, quod sicut semel exclusus, perpetuō manet exclusus, vt latē tradit Socin. in consil. 63. col. fina. & Bar. in l. fin. ff. ad Tertul. Ita & eadem ratione dicimus, quod semel malus, semper præsumitur malus, vulg. c.

Semel malus. de reg. iur. libro 6. Ita etiam res semel alienata, semper durat alienabilis. l. pater filius. §. quindecim. de legatis tertio. Sic etiā annalia ad agendum, sūt perpetua quo ad excipiendum. l. purē. §. fin. ff. de dol. mal. except. Et hoc regulariter procedit in omni exceptiōe, quæ ab actione non descendit, vt videlicet perpetua sit, vt dicit Abb. in cap. si autem. de rescrip. cuiusmodi est ista descendens ab ista regula. Cū igitur casu nostro semel defunctus exceptionē regula proposuit, talis exceptio perpetua esse debet. Nec potest talis exceptio dici noua in persona subrogati, cū ipse magis videatur inniti, & adherere exceptiōi propositæ per defunctum, quàm nouam proponere. Nam si potest inniti iuri tertij exclusiuo iuris agentis, & pro suo interesse obicere in personam, & iura aduersarij, iuxta l. fin. ff.

ff. de rei vendic. & decis. 60. in no. fortius licebit inniti **A**
 iuriam proposito per suum autorē. Nam aliud est de no-
 uo edere, & aliud antiquo iure inniti. l. inter stipulantem.
 §. sacram. ff. de verbor. obligationibus. & in cap. consuluit.
 de iudicis. Facit propriē text. in c. pastoralis. de exceptio-
 nib. Præsertim, quia subrogatur hic Alphonsus, non solum
 ad prosecutionem, sed ad defensionem litis & causæ: &
 nulla maior est defensio, quàm peremptoria exceptio, vt
 in l. exceptiones. ff. de excep. Et illa verba defensionis in
 subrogatione posita, exceptionem includunt, quæ defen-
 sio dicitur, vt patet in l. cum nondum. & in l. siquidem. & in
 l. si quis. C. de excep. Et nõ solum iste subrogatus simpli-
 ceter est admissus per papam ad prosecutionem & defen-
 sionem litis & causæ: sed etiam ad eam, ad quam ipse de-
 functus, si non celsisset, admitteretur. Sed clarū est, quòd **B**
 si dictus Anton. defunctus possessor viueret, posset profe-
 qui exceptionem suam iam propositam, cum sit effecta de
 actis: iuxta. c. quoniam. de probat. Ergo eodem modo, &
 eas subrogatus, vt dicit expressè decisio 10. vt lite pēden.
 in nouis, col. si. quæ hoc modo argumētādi vitur. Et licet
 in isto subrogato cesset qualitas triennalis possessionis: nõ
 nihilominus ex quo semel in propositione istius exceptio-
 nis per defunctū, illa qualitas interuenit, licet postea ces-
 set: nihilominus actus factus à principio, cum illa qualita-
 te debet durare, vt est glo. notabilis in c. statutū. in verbo,
 canonicis. & ibi dixi, de rescript. lib. 6. facit text. in l. Mela.
 ff. de alim. leg. & in l. ex facto. §. si quis autē. ff. ad Trebel-
 lianum. facit etiam quòd dicit Felyn. in ca. cum dilecta. in **C**
 14. col. versic. amplia septimò. de rescript. Vbi dicit, q̄ sub-
 rogatus, quo ad rem, censetur etiam subrogatus quo ad
 qualitatem adhaerentem illi rei, iuxta dictū Bal. in l. si puel-
 la. C. si mancip. ita alie. fuerit. Faciunt etiam pro ista parte,
 quæ dixi in §. fuerat. in primo notabili. in sti. de actionibus.
 Præterea, quia licet priuilegiū personale extinguatur cū
 persona, vulg. l. in omnibus. ff. de reg. iur. vbi tamē tale pri-
 uilegiū non conceditur absolute, intuitu solius personæ,
 sed mediante aliqua causā, tūc tale priuilegiū transit ad suc-
 cessores. de hoc est tex. in l. non solū. ff. de in integ. rest. in-
 ducendo vt per Dyn. in c. priuilegium. de reg. iur. lib. 6. Ibi
 ponit exemplū in minore, in quo restitutio illi faciēda est
 Z Z v

Dpersonalis. l. exceptiones quæ. ff. de exceptio. Tamen quia talis restitutio minori competit, non immediate propter personam suam, sed propter laesionem. l. quod si minor. ff. non semper. ff. de minori. Sicut exceptio triennalis non competit immediate propter personam, sed propter possessionem triennem: ob eam causam illud privilegium restitutionis, licet personale, transit ad successores: ut in d. l. non solum. & ita istud privilegium triennalis possessionis transire debet in subrogatum, præsertim in subrogatum etiam quo ad possessionem. Nam postquam effectus ille exceptionis propositæ iam fuit in esse deductus, & semel causatus, remanere debet, etiam cessante causa, iuxta l. si. ff. de decur. cū pluribus concor. quæ ad illam legem cumulat. fe-

Elyn. in c. quæ in ecclesiarū. in 32. colū. versi. fallit quinto. de cōsti. cū aliis, quæ scribit Dyn. in c. decet. in 2. col. de regul. iur. lib. 6. & Medern. in c. cū cessante. de appell. Sed effectus istius possessionis triennalis est iam deductus, & causatus per exceptionem propositam per Antoniū defunctum. Ergo debet transire in successorem, quasi iam defunctus perpetuaverit istam exceptionem: & sic per consequens eam ad successorem transitoriam fecerit: arg. l. si marito. §. si voluntate. ff. solut. matr. Nam actiones personales, quæ aliis non sunt transitorie, si fuerit super illis lis inducta, transeunt ad successores. l. pro hæreditariis. C. de hæred. act.

Accedit pro ista opin. quia videmus, quod ius petendi supplementū legitimæ, est personale, cōpetens filio: & tamen si filius illud deduxerit, transfert ad hæredes, ut latè probat Iaf. in l. emancipata. col. 2. C. qui admit. Et pari modo ius declarandi caducitatem semel deductum, transit ad hæredes, ut tradit Imol. & cōmuniter Doct. in c. potuit. de loca. & Iaf. in l. 2. col. 67. ver. secundò quarto. C. de iur. emphite.

Postremò facit: quia in subrogatione est clausula de statu litis & causæ, quæ habeantur pro expressis, seu exprimi possunt. Sed clarum est, quod ista clausula perinde operatur, ac si omnis status causæ, in indiuiduo, & nominatim esset in subrogatione expressus, ut in terminis cōcludit Domi. in cōsti. 120. in 2. col. Sed si in subrogatione dictū fuisset, quod Alphosus admitteretur ad exceptionem propositam per defunctū, ipse illa uti posset. Ergo eodē modo illa utetur, quæ dicitur per illa verba, pro expressis habentes, est facta subrogatio.

ita sunt in effectu, que pro utraque parte adduci possunt, A
que questionem valde dubiam reddiderunt. Quamobrem
mandatum fuit per Rotam iterum informari. Et causa ite-
rum, atque sapius, per eundem Reuerend. Dom. proposi-
ta, & disputationibus aduocatorum diligenter discussa,
tandem Rota die 25. Octobr. M. D. XXXVIIII. & die XI.
Decemb. eiusdem anni tenuit primam opin.

Et fundamentū istius opi. principale fuit hoc, quia exce-
ptio proposita per defunctū recipiebat fomentum à trien-
nali possessione, tanquam à causa sufficiente. vnde cessan-
te illa qualitate triennalis possessionis, per obitum posses-
soris, cessauit per consequens exceptio. Et nisi ad tale ius,
quod prouenit respectu certę qualitatıs, quis specialiter &
nominatim subrogetur, in generali substitutione nõ tran-
sit. Quia quādo est diuersa qualitas in subrogato, tunc sub-
rogatus nunquam sapit naturam illius, in cuius locum sub-
rogatur, vt dicit nota. Alex. in cons. 107. viso themate. in 3.
col. lib. 3. vt dictū est superius in prin. Quia mutata qualita-
te privilegiati, propter quam priuilegium concessum fuit,
mutatur etiam & cessat priuilegium l. Titia. §. vsuras. ff. de
leg. 2. l. cura. §. deficientium. ff. de mu. & hoc tradit Rot. in
cons. 404. in casu propositę. & Soci. cons. 150. col. 9. vers. 6.
confirmatur. lib. 1. Vnde qua ratione, si ipsemet defunctus,
qui proposuit exceptionem regulę, post propositā exce-
ptionem desineret possidere, non posset amplius vti exce-
ptione triennalis possessionis, iam proposita eadē, & for-
tiori ratione, nec subrogatus, qui nunquam possedit, po-
terit illa exceptione vti, quę est proposita per defunctum.

Nec obstat, qđ sit subrogatus, quo ad possessionē: quia
illud est verū, quantū ad facultatem eam capiēdi. Sed non
est subrogatus ad triennalē possessionē, neq; ad exceptio-
nem resultantē ex ea: quia illa non trāsit in subrogatū. Nā
quādo lex requirit actū cum qualitate, non sufficit dedu-
cere actū, nisi & qualitas deducatur. l. Fulcinius. §. eum au-
tem. vbi Bar. ff. quib. ex caus. in pos. eat. & in not. casu tradit
Bar. Cass. in consue. Bitur. fo. 141. col. 2. faciunt quę dixi su-
pra q. 21. Sicut videmus in nūtiatione noui operis, quę da-
tur pretextu possessionis, vt dicit Bar. in l. i. ff. de oper. no-
nunt. Et tamē si possessor proposuerit nūtiationē in iudi-
cio, eo mortuo, illa non trāsit ad successorē, neq; ad hęc

Dredes, quia est personalis, & extinguitur cum persona, vt tradit omnes in l. nō solūm. §. morte. ff. de ope. no. nū. Sicut etiā ius declarandi libellū obscurum, datū per dominum, non trāsit in procuratorē generalem, vt tenet Bart. & communiter alij in l. inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de verb. oblig. Ratio redditur ibi per Bart. quia declaratio est personalissima, quæ non transit etiam in successorem, licet successor & procurator reputentur eadē personæ cum domino. Ita hīc exceptio istius regu. nascitur ex fonte possessionis triennalis. Mortuo igitur possessore extinguitur cum persona, quia talis exceptio est personalissima. Ad eō enim ista excep. adheret illi qualitati possessionis triennalis, q̄ sicut corpus non potest vno momento, sine anima **E** subsistere: ita neque exceptio istius regulæ sine triennali possessione. Hinc videmus, quod priuilegiū concessum alicui, ratione alicuius professionis, vel officij, eatenus durat, quatenus durat officium l. maximarū. & ibi notat Bart. C. de excus. mu. lib. 10. & in l. sub pretextu. C. de sacrosanct. eccles. & in l. semper. & vtrōbique Bart. ff. de iur. immun. tenet Felyn. in c. clerici. in 2. col. de iudic. Ita cessante triennali possessione, cessat priuilegium, argu. ca. abbate. de verb. sign. & in cap. ex parte. & in c. licet. de decim.

Non obstant modò, quæ in prima propositione caute per aliquos Dominos in contrarium allegabantur, videlicet, vniuersalitas istius subrogationis per verbum, Omne ius, & geminatio verborum eius, &c. Quia illa omnia operantur effectum suum in subiecto bene disposito, alias verò verba vniuersalia ad habilia restringuntur, vt est text. & ibi nota. glo. in c. 1. de const. & in l. prima. C. de sacrosanct. eccles. Et de geminatione est gl. in l. lecta. ibi. rata & firma ff. si cert. pet. & tradit latè Fely. in ca. sedes. in 3. col. de rescrip. Cū igitur subrogatus nō sit subiectū habile in quo representari possit exceptio istius regulæ, ex quo deficit in eo qualitas triennalis possessoris, cui adheret exceptio regulæ, & in ea quiescit, sicut piscis in aqua, meritò illa verba ad omne ius, etiā milies geminata, nō poterūt in eō inducere prædictū effectū. Intelligetur Alphonsus subrogatus ad omne ius ipsius beneficij, quod vigore alicuius tituli defuncto cōpetebat, quod in subrogato cadere potest. d. l. cū in fundo. §. si fundus. & dicta lege 1. §. si quis ante.

Nec

Nec obstat, quòd sit subrogatus etiam quo ad possessio A
nem: quia, vt dixi, intelligitur de possessione iuris, non fa-
cti quæ requirit apprehensionem l. cum hæredes. ff. de ac-
quiren. posses. Vel responde, quòd est subrogatus, quo ad
possessionem respectu facultatis apprehendendi, vt supe-
rius dixi. Et hoc in ratione consistit, quia possessio quæ in
facto consistit, non potest ipso iure de vno in alium transi-
re sine apprehensione. vulg. d. l. cum hæredes. ff. de acquir.
pos. Et facta apprehensione illa, non est eadem possessio,
quam habebat defunctus, sed noua, vt dicit Bart. in l. rem
alienam. col. penult. ff. de pign. act. & tenet Socin. in l. i. §.
hæc quæ. de seruis. in fine. ff. de acquir. posses. Imò si esset
etiam ad possessionem facti subrogatus, nunquam intelli-
geretur in dubio de possessione triennali, quæ requirit B
expressam & indiuiduam mentionem, adeò quòd non in-
cluditur sub quibuscunque verbis generalibus, & pregnan-
tibus, vt dixi in præc. reg. q. 5. Et per hoc euitatur deci-
sio §. vt lite pendent. in no. cum similibus.

Nec obstat, quòd ius excipiendi transit in successorem:
quia verum est, quando illud ius excipiendi nascitur ex re,
quæ transit in successorem: sed hæc exceptio non nascitur
respectu beneficij, sed triennalis possessionis quæ extin-
guitur cum defuncto, & ideo non transit in successorem,
arg. d. l. cum hæredes. ff. de acquir. poss. præsertim cum in
beneficialibus non datur successio: sed in subrogato crea-
tur nouum ius, ex concessione papæ, vt not. Ioannes An-
dreas in cap. 2. vt lit. pend. lib. 6. & latius in quæstione præ-
cedenti. & ideo text. in d. l. si tibi. §. pactum. cum similibus C
loquentibus in materia profana, quæ est multum differens
à beneficiali, non faciunt ad propositum.

Non obstat etiam, qd Aluarus de Herrera actor, iam se-
mel per defunctum fuerat exclusus per exceptionem istius
regulæ: ergo semel exclusus, semper manet exclusus, &c.
Quia respondetur, illam doctrinam esse veram, quando du-
rat causa exclusionis. Secus autem, si exclusio fiat respectu
alicuius causæ, quæ cessat. Nam tali casu, cessante causa ex-
clusionis, cessat exclusio. Vnde sicut semel adprobatas, ces-
sante causa adprobationis, potest reprobari, vt dicit Abb.
& Moder. in c. cum venerabilis. de exceptio. ita & repro-
batus semel & exclusus potest cessante causa admitti &
adpr

D adprobari, vt tradit Felyn. in cap. præsentium. de testib.
Et facit text. in cap. penul. 21. quæstione vltima.

Nec obstat, quod res semel concessa, semper manet concessibilis. d. §. quindecim. quia ad illam theoricam respondet Alex. in l. i. col. pen. ff. de officio eius. Et Paulus de Castro in l. voluntas. circa finem. C. de fideic. Decius cons. 87. in fin. & idem Decius in ca. si pro debilitate. in 3. col. de offic. delega. & ibi vide, quia faciunt ad propositum. & Fran. Curtius in tract. feud. in secunda parte. q. 4. col. fin. Per cuius dicta Rota de hoc mense Febr. m. d. x. i. in vna Bonnullitatis emphyteusi, coram R. D. Ioan. Mohedano conclusit, rem emphyteuticam ecclesiæ semel cum solennitate alienatam, posse denuo alienari sine aliqua alia solenni

E tate, ex quo iam semel effecta fuit alienabilis. Et q. papa hic noluerit admittere subrogatum ad ius excipendum, patet ex verbis subrogationis, quæ tantum concedunt prosecutionem & defensionem causæ & litis subrogato. Sub quibus verbis exceptio non comprehenditur, præsertim in materia odiosa & stricta, qualis est subrogatio: vt patet in c. 1. & 2. vt lite pend. lib. 6. & in regula de subrogandis. Nam papa dedit d. Alphonso subrogato prosecutionem, quæ pro actione interpretari debet, vt patet in l. de act. in princ. & defensionem, quæ etiam diuersa est ab exceptione, vt est gl. & tex. in c. 1. de lit. contest. lib. 6. quæ ibi communiter sequuntur Doc. & Abb. & Moder. in re. de excep. Et licet appellatione defensionis, late sumpto

F vocabulo, aliquando veniat exceptio: in materia tamen odiosa vel propria, & stricta, exceptio non comprehenditur, vt dicit Domin. in d. c. 1. & est communis opin. Et per hoc est responsum ad text. in d. l. cum nondum. & l. si quidem allegatis in contrarium, in parte affirmatiua.

Non obstat text. in d. l. non solum. ff. de in integ. restit. cum aliis exemplis superius alleg. quia ad illa respōdetur, & primo, quātum ad beneficiū restitutionis in integrum: idē illud transit in successorē: quia est in rem scriptū, vt tradit Dynus in reg. priuilegiū. de reg. iur. lib. 6. Et eodem modo, ius petēdi supplementū legitimē, non est ius fundatū in persona, sed in potētia suitatis, quæ operatur translationē, vt ibi declarat Ias. Nec in prædictis casibus fit translatio in successorē singularem, sed in hæredē vniuersalem.

idem, qui reputatur eadem persona cum defuncto: non autem particularis successor, quoniam reputatur eadem persona, ut dicit Bald. in c. i. in 3. not. qui success. feud. dat. tenen. Et ideo in illis non habet locum dictum Ias. in d. l. emancipata. Nec minus obstat, quod dicebatur de iure caducitatis, quia illud est ius reale, merito ad heredem transfertur. Et finaliter, ut dixit, ex materia profana male arguitur ad beneficalem, in qua termini sunt omnino diuersi.

Non obstat etiam, quod qualitas, quæ semel in actu interuenit, licet postea cesset, nihilominus actus sustinetur, ut in dicta glo. canonicis. ca. statutum. de rescrip. lib. 6. cum aliis superius allegatis, quia ad illud motuum respondetur per tripliciter. Primum, quod illud dictum non procedit, quando qualitas in actu requiritur per viam causæ finalis: quia tunc licet actus sit in esse deductus: si tamen postea cesset illa qualitas, cessat effectus, ut hic. Secus, quando qualitas interuenit per modum demonstrationis vel conditionis, ut in dicta glo. canonicis. & in d. §. si quis autem. & ita declarat Bald. in l. humanitatis. in vltima oppositio. C. de impu. & aliis substituit. Vel secundo responde, contrarium procedere, nisi qualitas requisita in actu, sit talis, quæ in se habeat tractum successiuum, ut est hic triennalis possessio: quia tali casu non sufficit, quod qualitas interuenierit à principio in actu, nisi illa qualitas perseveret vsq; ad finem, iuxta tex. l. semper. §. negotiatores. ff. de iure immun. Glo. igitur in dicto versicul. canonicis. cum aliis allegatis, procedunt, quando qualitas requisita non habet tractum successiuum. Et ideo Imol. in cle. 2. de rescrip. dicit, quod si qualitas habet se per modum causæ permanentis, ea cessante cessat dispositio. Secus, si per modum causæ principiantis, aut iuantis, vel habilitantis. Hinc est, quod si conditio habeat tractum successiuum, non sufficit eam momento temporis impleri l. mœruja. §. i. ff. de ann. leg. l. si quis ita legauerit. ff. de cond. & demon. tenet Alex. consi. 43. lib. 3. Vel tertio illud dictum procedit, nisi cessante qualitate succederet contraria qualitas, quæ deducat actum ad eum statum, à quo incipere non possit, ut hic, & in l. pluribus. ff. de verb. obli. Nam in subrogato succedit contraria qualitas: nam defunctus erat triennalis possessor, iste subrogatus non. Cum igitur sint istius duo status diuersi, merito dicendum est, in subrogatum

Dexceptionem non transire. Et ira limitant Moder. Avim-
nen. in l. ex facto. in 7. col. ff. de vulg. & pup. Itaq; ex omni-
bus istis, ista firma & vera conclusio resultat, quod exce-
ptio istius regulæ, siue sit per defunctum proposita, siue
non sit, non transit in subrogatum, nisi specialiter illi con-
cedatur à papa: præsertim cum exceptio istius regulæ et
quo est, perpetuo est odiosa, impediens ius boni per acto-
rem deduci, quod de iure communi etiam si per mille an-
nos eo usus non esset, sua negligentia non amitteretur, ut
dicit Bar. in l. solent. §. si. ff. de offi. pro conf. sequitur Iason
in l. 1. in pen. col. C. de seruis fugit. Et illud dictum Bar. se-
quutus est Rota, in vna Gebennen. pro cardinali Ancon-
tano, 3. Julij M. D. xxxi. coram D. Camillo, ad limitatio-
Enem dictorum Abbatis in cap. contingit. de dolo & con-
tum. ut dixi in regula de non tol. iure quasi. q. 1.

Nec obstat etiam, quod per clausulam, cuius litis status
habeatur pro expressis, vel per similes clausulas genera-
les, censeatur facta indiuidua mentio: quia illud procedit,
respectu gratiarum & priuilegiorum. Secus autem respectu
decreti istius regulæ: quia non censeatur sublatum per
clausulam, quorum tenores, ut adnotauit reuerendiss. Do-
cobus Simonetta, in vna Caurien. portionis: ut meminit
dominus Guliel. in collectaneis nouarum decisionum. Im-
per ista regula, vel melius, illa verba concernunt statum &
merita causæ, circa ordinatoria iudicij. Secus autem est re-
spectu exceptionis triennialis, quæ possessionem requirit.

QVAESTIO DECIMA QVINTA.

QVÆRO, nunquid triennium istius regulæ currat
contra minorem 14. annorum: & vtrum minor et-
iam exceptione istius regulæ defendatur?

SOLVITIO. Videtur dicendum, quod sic, ex eo, quia vide-
mus quod in actionibus prætorij, quæ olim & hodie fi-
niuntur anno, præscriptio currit contra minores absque
spe restitutionis, ut declarat notabiliter Paul. de Caltra in
l. fin. col. 2. C. in quibus causis in integrum restit. non est
necess. Et est communis opinio, ut ibi tenent omnes.

Pari etiam modo videmus, quod tempus triennij, quo durat
instantia causæ principalis, de quo in l. propterandum. C.
de iud. currit etiam minori: nec datur restitutio, nisi in certo
casu, videlicet, in subsidiū, quādo tutor vel curator excedit
eius

essent non soluendo, vt not. omnes Doct. in d.l. properan A
 dum. §. penul. & Bart. in d.l. si. colum. i. in 17. oppos. Et hoc
 procedit etiam in instantia statutaria, quæ pari modo cur-
 rit contra minorem, vt not. Alex. in conf. 42. inspecto pro-
 cessu. in 4. volum. Idem etiam dicunt in tempore ad appel-
 landum, quod est decēnium. auth. hodie. C. de appel. Idem
 in tempore appellationis prosequendæ, quod est annus,
 & ex causa biennium: ca. ex ratione. de appel. Nam ista tem-
 pora curcunt minori propter rigorem iuris cōseruandum,
 vt habetur in authen. de appel. & intra quæ tempora, not.
 glo. in l. auxilium. in verb. cessauit. ff. de minor. Sicut etiam
 curcunt tempora ad opponendum exceptionem non nu-
 meratæ pecuniæ, ac non numeratæ dotis: vt in l. in contra-
 ctibus. in princ. cum glo. petitoras. C. de non num. pecu. & B
 in auth. si minor. C. de temp. in integ. rest. pet.

Et vt propiùs accedamus ad regulã, omnis præscriptio
 statutaria, quæ videtur similis isti, de qua loquimur, secun-
 dum communem opin. currit contra minores, vt est opin.
 Innoc. communiter adprobata in ca. constitutus. de restit.
 in integ. quam multum ampliant & declarant Modern. in
 tract. præscrip. in prima parte 6. principalis. fol. 65. Et ultra
 ipsos eam latius comprobatur & discutit Ioan. Igneus in re-
 pe. l. dudum. in §. & 6. col. C. de contrahen. empr. & plures
 alij, quos breuitatis causa non refero.

Et pro ista parte facit: quia minor in beneficialibus re-
 puratur maior. ca. ex parte. de rest. spolia. c. si annum. de iu-
 di. lib. 6. sed cōtra maiorem obstat exceptio istius regulæ: C
 ergo pariter etiam obstat minori.

Quid dicendū? arbitror hoc casu distinguēdos esse duos
 casus. Primus est, quando minor agit de damno euitando,
 vt quia non habet nisi vnum beneficium, quod fortè cum
 alio permutauit, & illo euito, beneficium, quod dedit, ab
 alio triennio possessum fuit. Nam tali casu, licet de rigore
 iuris obstatet ista exceptio triennis per istam regulã in-
 ducta, per ea quæ dicit Inno. in d. c. constitutus. qui loqui-
 tur indistinctè, siue agatur de damno euitando, siue de lu-
 cro captando, vt referunt Moder. in d. tract. præscrip. Ta-
 men de æquitate, quæ in Rota multum attenditur in mate-
 ria beneficiali, dicendum esset contrarium: quia vbi agitur
 de dāno euitādo, debet fieri strictior interpretatio, ne ali-

AAA

D quis iniuste damnū patitur, vulg. l. fi. §. in computatione. C. de iure deli. Et ita in specie tenet Bart. in d. l. fi. C. in quibus cau. in integ. resti. non est necess. & in l. etiam. ff. de minor. vbi dicit, q̄ iura inducentia simpliciter prescriptionem contra minores, si agitur de damno euitando, & de tollendo iure quæsito, censentur in talibus iuribus ita indistinctè & generaliter loquentibus excepti minores, & comprehensī solum maiores, per rationē d. l. fi. sed in casu regulæ nostræ generaliter loquente agitur de iure quæsito tollendo, ideo à tali statuto generaliter loquendo excluditur minor. Nam si contrarium dicimus, maxima ex hoc minori læsio inferretur, qui fortè nō habebat aliudē vnde se aleret, quàm ex illo beneficio, quod simplicitate, aut ignorantia quadam dimisit ab alio per triennium possideri. Conueniēs igitur est, vt restituatur ad agēdum, & illa verba regulæ, ibi. Nequeant molestari, non comprehendant istum casum. Nec obstat, quod minor in beneficialibus reputatur maior: quia non facit quominus restitui debeat, vt adparet in ecclesia, quæ licet posset agere, & hoc respectu reputetur maior: tamen si decipiatur, restituitur vt minor. c. 1. & 2. de in integ. rest. Et probatur in clemen. prima, de in integ. rest. vt ibi not. Doct. Et isto casu conueniens est, vt minoribus subueniatur, quos ecclesia protegit, vt simplicitati eorū venia tribuatur, vt in ca. 1. 87. distinct. & arg. text. in c. cum vniuersorum, de rer. permut.

F Secundus casus est, vbi agitur de lucro captando: & tunc casu quia minor enormiter non læditur, istius regulæ exceptio procedit contra eum. Exempli gratia. Ponamus minorem plura beneficia habere, & ex vno posse commode viuere, certè non videtur hoc casu per dispositionem istius regulæ lædi, sed potius exonerari ab administratione: presertim quia regula ista non excludit minorem perpetuū, neq; eius gratiā annullat, sed eam suspendit viuente duntaxat possessore. Nā regula ista nihil tribuit possessori propter nudā exceptionē. Et quod dictū est de pluribus beneficiis, idē esset dicēdum de vno, quādo illud non magis onerosum esset minori, quàm vtile: quia tali casu non restituiretur aduersus dispositionem istius regulæ, quæ fundatur in graui læsione, iuxta dictum Bart. in d. l. etiā. vt in ca. de in integ. rest. & Specul. eod. tit. §. quælibet. vers. quid si minor

not. Et istam distinctionem in terminis istius regulæ tenet A
 ille doctissimus Glossator cōcilij Basi. titulo de pacif. poss.
 posito in pragmaticea Franciæ, in verb. impedimenti. col.
 l. Nescio tamen quid hoc casu teneret Rota: quia de rigore
 dictum Innocen. in d. c. cōstitutus. cōmuniter adprobatur,
 quod contra minorem omni casu currat præscriptio,
 sed de æquitate procedit doctri. Bart. in d. l. fi. & d. l. etiam,
 quam sequitur Abb. in d. c. cōstitutus. & plures alij, quos
 cumulat ille Moder. in d. l. dudum. qui pro Bart. quædã iura
 allegat, & secundum illã opin. fuit iudicatum in Parlamen-
 to Franciæ, ut refert Guido papæ, decis. 31. Vtrum autem
 minor possidens beneficium curatum sine dispensatione,
 exceptione istius regulæ defendatur? Rota die 15. Martij
 M. D. XXV III. in vna Lucana archipresbyteratus coram B
 me conclusit, q̄ sic pro Sylvestro Gilio contra Accountum
 Vanulium. Ratio fuit: quia regula defendit omnem clericum
 inhabilem cum titulo colorato triennio pacificè possiden-
 tem, exceptis duobus casibus expressis in regula. vnde ex-
 ceptio illorum duorum casuum firmat regulam in casibus
 non exceptis: cap. 2. vbi Abbas de coniug. leprof.

QVAESTIO DECIMASEXTA.

QVAERO, nunquid totum triennium ad quod hodie
 redacta est allegatio Lap. 89. debeat esse cōtinuū tē-
 pore primi resignatarij quo ad hoc, ut præsumatur
 retrocessio: an verò sufficiat, q̄ cōtinuetur p̄ parte tē-
 pore primi, & pro reliqua parte tēpore secūdi resignatarij?

SOLVITIO. Iste casus ventilatur modo in Rota coram C
 R. P. D. Marcello Electo Marficano in causa Leonē. cano-
 nicatus, in qua præsupponitur, q̄ quidam Ioannes resigna-
 verat canonicatum in fauorem Iacobi, & dictus Ioannes
 resignans postea in possessione per duos annos mansit Ia-
 cobus resignatarius, antequam Ioannes resignans trien-
 nale possessionem cōpleret, in fauorē Gulielmi resigna-
 tarij, & idem Ioannes primus resignans adhuc in possessione
 manens, possessionē suam pacificè etiã tempore istius
 Gulielmi secūdi resignatarij continuauit vsq; ad comple-
 tum triennium, & deinde moritur: per cuius obitū, quidam
 nomine Iuo, canonicatum prædictum impetrauit, & dictū
 Guliel. secūdū resignatariū, qui iam se in dicto beneficio
 intruserat, ad iudicium vocauit. Guliel. excipit de resigna-

Ditione sibi facta per Iacobum, qui habuerat canonicatū per resignationem dicti Ioan. Impetrās replicat, quod resignatio nihil facit, ex eo, quia Ioan. primus resignans manū post resignationem, quam fecit, in possessione, & pacifice possedit per trienniū, in qua possessione fuit mortuus: & sic intrabat dicta allegatio Lapi, quæ in possidente retrocessionem per lapsum triennij præsumit, & per consequens canonicatus per obitum dicti Ioan. dicitur vacare. Gulielmus triplicat, quod Ioannes nec tempore Iacobi primi resignatarij, nec tempore suo cōtinuo triennio, sed interpolato possedit, biennio, videlicet, antequam resignaret Iacobo. Itaq; tempore vtriusq; possedit per triennium, sed nō tempore alterius. Dubitatum fuit, nunquid triennium, de quo loquitur ista regula, debeat esse continuatum tempore vnus resignatarij ad effectum allegationis Lapi?

Dicebatur ex vna parte nihil referre, quod triennium, ad quod hodie redacta est dicta allegatio Lapi, continetur, siue tempore vnus resignatarij, siue plurium. Ratio reddebatur: quia allegatio Lapi videtur solum requirere duo. Primū est, quod primus resignans per illud triennium fuerit tentus, & cōmuniter reputatus pro canonico, iuxta decis. Egidij 645. & Petr. de Ancha. consi. 117. Secundū, quod fuerit toleratus per illud tempus ab ordinario: quia ex illa tolerantia præsumitur retrocessio. Nam ex quo ordinarius ex necessitate sui officij tenetur singulis annis inquirere, an possidētes habeant canonicū titulum in beneficiis, iuxta vulg. c. ordinarij. de offi. ord. in 6. certē si iste Io. primus resignans non habuisset retrocessionē, non tolerasset eū, & ista ratio patienti ordinarij militat, siue sit vna resignatio, siue plures, prout in simili aliās determinauit Roma in quadam causa, de qua meminit D. Guliel. Casiod. in colle. c. decis. sub titulo, de cau. poss. & propriet. decis. 3. Quo loco voluerunt Domini, quod dicta allegatio Lapi procedat, siue sit vnus impetrās, siue plures. Cū igitur dicta allegatio fundet se in tolerantia ordinarij, & non in negligentia resignatarij petentis possessionem, meritō videtur concludendum, beneficium vacasse per obitum dicti Ioannis, tanquam ex nouo titulo superuenienti post triennium.

Postremō, pro ista parte adducebatur vnum motiūm

lati

fatís coloratum ad probandum, q̄ negligentia resignatarij **A**
 non erat in consideratione, sed solum patientia ordinarij.
 Nā ponamus, q̄ Ioānes resignasset simpliciter in manibus
 ordinarij, & stetit per trienniū in possessione, certū est,
 quod lapsu trienio, habet locum allegatio Lapi. Et tamen
 sibi non consideratur aliqua negligentia resignatarij, cum
 nullus sit resignatarius: quia in manibus ordinarij non po-
 test fieri resignatio in fauorē certæ personę sine vitio simo-
 niæ: licet secus corā papa, vt tradit Fely. in c. ad audiētiam.
 cl. 2. ver. tertia conclusio. de rescrip. Sola ergo patientia ordi-
 narij, cū lapsu trienij, hoc operatur, vt nouus titulus cre-
 tur. Persona igitur resignatarij non est in consideratione.

Tamen prædictis non obstantib. contrariū fuit per Do-
 minos cōclusum in prædicta causa Leon. canonicatus 23. **B**
 Nouemb. m. d. xxxiiii. & inter alias rationes, quæ tam
 inter aduocatos Guliel. quàm per Dominos fuerunt in re-
 lationibus allegatæ, fuit vna concludens, & ad quam legi-
 mē nō poterat responderi, videlicet, q̄ in allegatione Lapi,
 quo ad propositum nostrum, necessariō debet considerari
 non solum patientia ordinarij, sed etiā negligentia resigna-
 tarij, ex eo, quia dicta allegatio fingit, seu præsumit post
 lapsum trienij retrocessionem, nō antè: sed ista retroces-
 sio nō potest habere locū, nisi detur extremū. Nam retro-
 cefsio præsupponit cedētē & cefsionariū. Requiritur ergo
 persona resignatarij. Nā sine ipso retrocessio fingi nō po-
 test, & quando est lapsum triennium, iam resignatarius nō
 habet quid retrocedat, cum ante triennium in alium cefsio **C**
 fit, quod facere potuit: quia intra triennium allegatio La-
 pi non procedit, & in casu nostro, quando locū habere pō-
 terat, videlicet, post trieniū deficit extremū in quō fingatur
 & fundetur retrocessio, cū resignatarius nullū ius habet,
 quod verè cedere possit etiā si vellet. Vnde si cefsio verā
 nō posset post trienniū habere locū, ergo neq; ficta: quia
 ubi nō potest habere locū veritas, nec fictio. l. qui ad certū.
 ff. locati. Nec minū allegatio Lapi procedit contra secun-
 dum resignatarium: quia ille adhuc est in tēpore petendi
 possessionem infra quod primus resignans moritur. Itaq;
 ea ratione dicta allegatio Lapi non odstat primo resigna-
 tario, nec secūdo, tum etiā puia allegatio Lapi, quæ est de
 se rigorosa, etiā loquitur in possessione decēnali, quæ pro-

Ppter reductionē factam ad triennium, interpretationē Ro-
ta, facta est magis exorbitans & dānosa, quo casu, ex quo
simpliciter loquitur de resignatario, debet in dubio intelli-
gi de primo: arg. l. boues. §. hos sermones. ff. de verb. sig.
prout in notabili casu tradit Glossator super regula prero-
gatiuarum expectantium, in 5. parte. & Egid. decif. 626. in-
cip. suppositis. sicut per eandē rationem fuit intellecta per
Dominos regula de publicandis resignatio. quæ etiam in-
telligitur de prima resignatione, & non de secunda, vt ibi
dicā. Vnde ex quo ex quadā stricta interpretatione dicta
allegatio Lapi, quæ requirebat decēnium, reducta est per
Dominos ad triennium, non debemus specialia multipli-
care, vt extendatur ad secundum resignatariū, per ea, quæ

E dicuntur in l. i. C. de dot. promif.

Non obstant ea, quæ superius dicta sunt in contrarium:
quia ad ea ex prædictis patet solutio: quia in dicta allega-
tione Lapi duo requiruntur copulatiue, videlicet, posses-
sio triennalis pacifica cum tolerantia ordinarij & resigna-
tarij, aliās autem cessante negligentia resignatarij retroces-
sio fingi non posset. Et per hoc respōdetur ad illud vicinū
motiuum, in quo dicebatur de resignatione facta in mani-
bus episcopi, vbi non erat aliquis resignatarius, & tamen
in tali resignatione habebat locum dicta allegatio Lapi:
quia respondetur, q̄ illo casu non præsumitur retrocessio,
cum illa præsumi non potest, vt dixi, absq; persona resigna-
tarij, ex quo nascatur tāquā ab extremo à quo, & sic sumis

F extra allegationem Lapi, sed ibi fingitur tantum nouus ti-
tulus, non retrocessio, & sic erit casus diuersus à nostro:
quia allegatio Lapi solum fingit retrocessionem in casu in
quo est resignans & resignatarius, prout in quest. ista, cui nō
adaptatur prædictū extremū. Nec obstat, q̄ triennalis pos-
sessio tēpore istorū duorum cessionariorū, debet coniun-
gi: quia respōdetur, q̄ in materia stricta, & in præscriptio-
nibus tempora non coniunguntur: vt dixi in regula de an-
nali, per ea, quæ probat Decius in l. si idem. ff. de iurif. om-
iudi. Et dicā inferius in 20. quæst. Præterea, quia allegatio
Lapi, quæ loquitur de tēpore, debet in dubio intelligi de
continuo, & nō interpolato, vt dicit Abb. in c. si. de elect.
& in c. ad apostolicam. col. i. de regu. & Iaf. in l. si stipulatus
essem. ff. de verb. obl. & Lapius allegat 7. in 4. col. cum con-
cord.

cord. vt scribit Barr. in cōsil. vltimo, posito in fin. cōsil. Ale-
 xan. in 4. volu. vt dixi in dictis locis. Et hoc notissimū est,
 quōd quando lex simpliciter, & indefinitē facit mentionē
 de tēpore, debet intelligi de cōtinuo de momento ad mo-
 mentū, & non de interpolatō, vt tradit Ang. in cōsil. 404.
 in 4. col. Et ita ista regula, quæ de triennio loquitur, intelli-
 gitur de cōtinuo, & nō interpolatō, vt adparet manifestē
 in decreto cōcilij Basilien. à quo sumpta est ista regula, vbi
 expressē dicitur de triennio cōtinuo, & ibi not. glo.

Tamē non facerē vim in hoc de cōtinuo in casu nōstro,
 ex eo, quia satis potest dici trienniū cōtinuū, quōd nō fuit
 interruptum, licet fuerit tēpore plurium continuatum, &
 ad effectum istius regulæ talis possessio triennis suffice-
 ret, non autem si fuisset interrupta, vt declaro in d. q. 20. li. B

contrarium: iusta allegatio. Lapi hoc de trienio cō-
 tinuo cōsideretur, propter diligentiam, vel negligentiam
 resignatariorū, in quibus principaliter suadatur prædicta
 decisio. Sed dices tu, quid facit ista quæst. ad istā regulam?

SOLVTIO. Nihil ferē, nisi q̄ præstat quandā lucem di-
 cendi, vt ex hoc adpareat differētia triennij istius regulæ,
 & allegat. Lapi. Aliam differentiam vide sup. in fin. 10. q. Et
 est vltius aduertendum, quōd d. allegat. Lapi non solūm
 habet locū in fictione retrocessionis, quæ fomentum ca-
 pit ex resignatione prius facta: sed etiam in quocūque iu-
 re, absq; aliqua cessione præambula, vt exemplū poni po-
 test in causa Vrbeuetan. archipresbyteratus, quæ modō pé-
 det, in qua voluit Rota, de mense Nouembri & Decembri C
 m. d. xxxix. coram R. D. Ioan. Paulo, q̄ ex quo Sanctif.
 dominus noster Paulus III. qui dū esset Cardinalis, accessit
 & regressum habebat per cessū vel decessum, vel quā-
 titis aliam amissionē. &c. ad dictū archipresbyteratū, pos-
 sessum per quēdam Bernardinū de Aquapendente permise-
 rat, postquam regressui locus fuerat propter assecutio-
 nem alterius incōpatibilis d. Bernardinum per triennium
 scienter & pacificē possidere, q̄ eo mortuo successor po-
 test illū excludere: allegat. Lapi, quia præsumitur q̄ papa
 quando erat cardinalis, cassauerat regressum. Et sic vides,
 q̄ illud, quōd dictū est de retrocessioe, habet locū in casu
 omisionis intris, vbi retrocessio habere locū nō potest. Et
 hoc idē, præteritis annis, tenuit Rota in vna alia Neapoli-

Dtana parochiali, corā R. D. M. Antonio, vt recordati fuerūt Domini, in qua iudicauit contra Ioan. Bap. Baldasium, qui propter dictā alleg. perdidit regressum. Et dicta alleg. non solum præsūmit cessionem vel retro cessionē, aut cessionem, seu extinctionē iuris, sed etiam operatur, & fingit successione, ad effectum, vt regressui locus sit: vt voluit Rota in vna Burgen. canonicatus de Veruiesca, coram me, de mense Nouēbri m. d. xxxix. vbi pēdente lite inter Io. de Lerma, & Franciscum de Pesquera, dictus Ioan. resignauit dictum canonicatum, in fauorem Aluari de Sancta Cruce: remansit tamen in possessione. Postea dictus Franciscus, habita prius sententia contra Io. de Lerma: cessit etiam ius, quod habebat in dictum Aluarum, reseruato sibi regressu, per obitum vltimi possessoris. Accidit, quod d. Ioan. continuauit post dictas cessiones possessionē suā per sex annos pacificē, & postea obiit, & vnus impetravit d. canonicatum, per obitum d. Ioā. & in eo se intrusit. d. vero Franciscus egit contra intrusum, prætendens canonicatum vigore regressus ad se spectare. Alter replicabat, quod regressus erat concessus per obitum vltimi possessoris Aluari, sed Ioan. de Lerma nō fuit successor: quia Aluarus nō cessit in eum. Franciscus triplicabat, quod imo Ioan. erat Aluari successor, ex quo post cessionem d. Ioā. in Aluarum factam, postea per triennium pacificē possederat, & sic intra bat d. allegat. Lapi, quæ retro cessionem fingit. Vnde quæ ratione, si Aluarus verē in d. Ioan. retro ccessisset, verus eius successor diceretur: ita dici debet per retro cessionem factam per dictam allegat. Lapi. tandem Rota tenuit Ioan. fingi successorem, ad effectum, vt regressui locus esset.

QVAESTIO DECIMASEPTIMA.

QVAERO, impetratur beneficiū detentū per aliquem per plures annos, & in impetratiōe habet tēpus detentionis pro expresso cum clausula, Nō obstant. regulis: an per hoc censeatur derogatū isti reg. de triennali solutio. Maxima fuit olim cōtentio in Parco super isto dubio. Nam M. de Ca. abbreviator antiquus dicebat illa verba, Quod tempus detentionis haberetur pro expresso, non debere intelligi, nisi de sola detentione triennali: secus si per triennium quis possedisset: quia cum talis possessor per istā regulam tueatur, non est verisimile in dubio

papam

papam velle alteri tollere exceptionem sibi cōpetentem, A
 argu. c. ex parte. de offic. deleg. Et ideo volebat, quòd talis
 bulla narrans vigore illius clausulæ possessionem trien-
 nalem, non esset expedienda per abbreviatores in Parco.
 Nam papa non dedisset, si expressisset, vel saltem dedisset
 cū maiori difficultate: quia per illam clausulam papa non
 fuit clarè certificatus de regula triennali, nec illa clausula,
 Nō obstan. regulis, iuuabat: quia intelligebatur de regulis
 fauentibus detentioni, quæ est minoris præiudicij, non de
 possessione triennali. Sed Ioan. Ferrera abbreviator tene-
 bat contrarium, ex quo tēpus detētionis habebatur pro
 expresse, quæ verba sunt generalia, & cōplectuntur quam-
 libet detentionē, argu. cap. si Romanorum. 19. dist. & quia
 plures bullæ fuerant sic expeditæ, non erat recedendum B
 à solitis. Et quia in Parco non excipitur de regul. sicut in iu-
 dicio, & ideo non obstat, si non opponatur, iuxta tradita
 per Felv. in ca. 1. de re iud. & in cap. pastoralis. de fide in-
 stru. Et saltem ipse expediret bullas cū illa generali clausu-
 la, quā dimitteret disputandam & discutiendam in iudicio.
 Sed M. Ca. replicabat, quòd non esset bonum dare sic lite-
 ras in cōfuso: quia ex quo ista regula suspēdit impetratio-
 nes, literæ essent nullæ & frustratoria, nisi expressè dero-
 garetur regulæ, & esset dare tomentum litigijs: & cancella-
 ria non solet dare bullas litigatorias, & ideo esset tutū ad-
 ponere clausulam restrictiuam, videlicet, citra tamen trien-
 nium. Et ista pars, quæ visa fuit sanior, æquior, & verior,
 præualuit in Parco prima die Februarij M. ccccxcxi. C

Reperio etiam, quod vir ille magnus, & memorabilis Lau-
 récius cardinalis sanctorum quatuor, qui multis annis ex-
 peditionum omnium princeps, & ferè omnium regularum
 cancellariæ auriga fuit, in quibusdam suis notulis, tenuit
 primam opinionem, vnum subiūgens, quod est magis no-
 tabile, videlicet, quòd etiam si in collatione esset narratus
 triennalis possessor, non sufficeret ad derogationem istius
 regulæ, nisi esset expressum, quòd ex canonico titulo: quia
 tunc impeditenti narratio est loco derogationis, quādo
 plenè factum narratur. & pro ista opin. faciunt quæ tradit
 Gundif. Villadiego auditor Rotæ in tract. leg. q. 9. Et quo
 dicit Felv. in cap. in nostra. in 36. corr. de rescript. Adde
 etiam, quòd adeò prædicta sunt vera, quod illa clausula, Non
 papam

AAA v

Dobstan. regulis, non sufficit pro derogatione regula: quia
vt aliàs dixi, requiritur specialis mentio propter rationem
Cald. in consil. i. de rescript. & quæ not. in cap. venientes. de
prescript. & dixi superius in proæmio regularum q. 5. & 6.

Quid dicendum? Certè passus iste est difficilis, quia re-
ducitur ad hoc, an clausula ista, quòd detentionis tempus
habeatur pro expresso, operetur tantum, ac si specialiter
de tempore detentionis fuisset facta mentio? Nam super
hoc fuit vario modo, diuersis temporibus iudicatum, vt di-
cit Federic. de Senis in consil. 2. 3. Et Fely. plura refert in
c. accedentes. in 3. colum. de prescript.

Breuitè, ista videtur hodie æquior, & ex stylo curia: ma-
gis recepta conclusio, quòd per illam clausulã, Pro expres-
Eis habent. vel similes, tolluntur, vel suspenduntur specialia,
& indiuidua. Ita tenuit Ant. de But. in consil. 2. cuius opinio
hodie sequitur Rota, vt refert d. Guliel. hic, per ea, quæ cu-
mulando scribit Felyn. in cap. nonnulli. in 7. colum. verfic.
fallit secundò. de rescript. Et ita etiam coram me die 17. Iu-
nij M. D. XXX. in vna causa Tullen. Scolastricæ conclusit
Rota. Tamen adhuc ista non tollunt difficultatem: quia
est, quòd per illam clausulam, quòd tempus detentionis
habeatur pro expresso, censetur facta mentio de trienna-
li detentione, per hoc tamen non putarem derogatum
huic regulæ, quæ loquitur de triennali possessione, & non
de detentione. Nam detentio præsupponit merum factum
sine titulo, possessio verò triennalis requirit coloratum ti-
Ftulum, vt patet hic, & inferius dicetur. Itaque est cõcluden-
dum, attentis præmissis, quòd dicta clausula, quòd tem-
pus detentionis habeatur pro expresso, nõ obstantibus re-
gulis, operatur tantum circa detentionem etiam trienna-
lem secundum terminos istius regulæ, non autè circa pos-
sessionem triennem, de qua loquitur ista regula. Cogna-
tamen, quia hæc opinio non transit sine dubio, per allega-
ta per Felynum in dictis locis.

QVAESTIO DECIMA OCTAUA.

QVÆRO, an si titulus coloratus triennalis possessio-
nis reducatur ad non titulũ, habeat locũ regula? Ex-
empli gratia, Possessor triennalis pro colore suæ
possessionis allegat titulum sibi quæsitũ per renuntiatio-
nem alterius. ex aduerso impugnatur dicta renuntiatio, et
eo

eo quia ille qui renuntiavit post sex menses, mortuus fuit **A**
 in possessione, & sic titulus resignationis reductus fuit ad
 non titulum per regulam de publicandis resignationibus.
 Queritur nunquid talis possessor iuuetur ista regula?

SOLVITUR. Iste casus accidit tempore Sixti in quadam
 causa Vulteran. nō habeo tamē quid fuerit decisum. Ideo
 pro utraque parte faciam aliquas rationes, cetera relin-
 quens iudicio peritorum, vel Rotæ melius sentientium.

Quod autem non suffragetur possessori regula, facit pri-
 mō: quia quando titulus redactus est ad non titulum, pro
 nihilo reputatur, & ideo talis titulus caducus, ad præscri-
 bendum non est utilis: vt in c. dudum. de deci. & in l. quem-
 admodum. C. de agric. & cens. lib. II. Nam quotiescunque
 causa redit ad non causam, perinde est, ac si actus factus
 non fuisset. l. si fullo. ff. de cōd. sine causa. not. Alex. in conf. **B**
 206. pōderatis verbis. col. penul. in 6. vol. minus ergo suf-
 ficiet ad possessionem istius regulæ, quæ habet instar præ-
 scriptionis, & requirit titulum saltem coloratum. Et iste ti-
 tulus non solum non habet colorem, sed neq; saporem, si
 probatum fuit renuntiantem in possessione obiisse, & de
 regula de publicandis data fuisset. Sed ad hoc posset repli-
 cari, quod ad probandum talem titulum esse inualidum, &
 redactum ad non titulū, requiritur discursus probationis,
 & telæ iudiciariæ, & ille discursus tollitur per istam reg. ex
 eo, quia vt dicitur inferiùs in 58. q. regula ista imponit si-
 lentium per illa verba, nequeant molestari, &c. per quæ ver-
 ba non solum tollitur parti facultas probandi, sed iudici
 aufertur iurisdictio. c. cum plures. de offi. deleg. lib. 6. cum **C**
 similibus. vt inferiùs in dicta quæstione dicam. Præsertim
 quando declaratio sequitur ex actibus sequentibus.

Secundò pro dicta opi. facit quia eo ipso, q̄ triennalis
 patitur discuti de iustitia, vel iniustitia tituli sui, sibi præiu-
 dicat, quemadmodū spoliatus patiens discuti ius suum, vt
 in c. de resti. spolia. Sed etiā ad hoc patet solutio: quia eo
 ipso, q̄ exceptū fuit de regula, exclusa fuit iurisdictio, per
 illa verba, non molestetur. Et hoc procedit ab initio: sed si
 post factas probationes daretur de regula, & sic eo tēpo-
 re, quo iā præcessit iurisdictio, fortè cōtrariū procederet.

Tertiò, pro hac parte facit, quia actor dicitur molestare
 reum possessorem per replicationē datam contra titulum

D triennalis possessoris, vt tradit Alex. confi. 36. in 1. volum.

Sed etiam ad hoc respondetur, quòd illud dictum procedit, nisi incontinenti adpareat de virtute tituli per replicationem probatam cum productione regulæ de non publicandis. Nam ex quo ista regula fundatur in quadam præsumptione, illa cessat comperta veritate. cap. veritate. 8. dist. Præterea, quia iste actor dans de regula de non publicandis, videtur admittendus, ex eo, quia præsumptio est contra possessorem triennem de aliqua simonia. Nam ex quo adparet resignantem fuisse mortuum in possessione, per consequens resultat præsumptio, quòd iste possessor triennalis pactus fuerit cum eo de illo dimittendo in possessione, donec viveret, & per consequens ingressus eius videtur vitiosus, & exceptus à tegula, quæ excludit simoniacum, & talis simonia ex quo solet fieri occultè, sufficit, quòd per præsumptiones probetur. cap. per tuas. de simonia. isto igitur casu debet se magis iustificare possessor, quàm ex sola allegatione istius regulæ, ex quo præsumptio est contra eum.

Tamen istis non obstantibus, pro contraria opin. faciunt quæ dicunt Moder. Senen. in lege prima. §. si vir. col. secundum da. ff. de acquirend. possess. vbi dicunt, quòd possessio fuit translata virtute causæ validæ, licet illa causa postea efficiatur inualida, non propterea re transfertur possessio, per rationem de qua ibi per eum: multa enim à principio possunt impedire faciendâ, quæ postquam sunt facta, retracta

Fri non debent, vulg. c. ad Apostolicam. de reg. cum simili. Breuiter non est recedendum à prima opinione, quæ est verior per dicta, & rationes superius factas, secundum quas ita iudicauit Rota in vna Romana parochialis sancti Pauli, coram Reuerendis. domino Raynaldo, in qua post triennem possessionem fuit probatum possessorem non fuisse promotum infra annû ad sacros ordines. per quam quidem probationem titulus coloratus possessoris fuit redactus ad non titulum: ideo concluderunt Domini regulam illi non suffragari, quam sententiam proposito prius dubio inter Dominos, Reuerendissim. domin. Ioan. Mohedanus die 5. Iulij. M. D. XXXVIII. confirmavit. De quo tamen videnda sunt ea quæ scripsi superius, quælibet. 10. circa fin.

QVAERO, nunquid regula ista quae annullat impetrationes, intelligatur de impetrationibus factis ante triennem possessionem, an verò de factis post?

SOLVITIO. Istam quaestionem reperio adnotatam in quodam libro bo. me. Laurentij Cardinalis sanctorum quatuor, & ibi dicitur, quod intelligitur de impetrationibus factis post triennem possessionem. & in hac opin. fuerunt Ioachin. de Narnia, & Anto. de Capharellis olim excellentissimi aduocati in causa Maclouien. vt patet 2. volu. alleg. non tamen aliquam rationem adducunt.

Sed obstat huic decisioni text. hic in illis verbis, nequeant molestari in beneficiis sic possessis, &c. Et ibi, antiquas lites penitus extinguentes, quae quidem verba praesupponunt impetrationem ante triennium factam fuisse, quae molestiam inducere poterat. Et sic videtur ex illis verbis, quod impetratio anterior annulletur, & hoc tenet gloss. hic col. 7. vers. item in quantum hic irritantur.

Tamē prima opinio mihi magis placet, ex eo, quia in odiosis, quod minimum est, sequimur, vt dicit regula iuris: mitior enim est interpretatio, & magis aequa, quod regula ista intelligatur de impetrationibus postea factis, quā de anterioribus, vt innuūt verba regulae ibi, impetrationes de beneficiis sic possessis factas, &c. Et isto modo intelligēdi minus praedudicatur tertio. Nam in dubio capiendus est ille sensus in lege, per quem minus quid praedudicetur: vulg. l. si. §. licentia. C. de iure deli. Imò, vt dicit text. in §. in computatione. potius permittitur, quod actus nihil operetur, quā quod indebitē alicui ius tollatur. Sed si intelligimus regulam de impetrationibus anterioribus, fiet interpretatio iniuriosa, per quā tollitur ius quaesitū & bonū impetranti: igitur non est praesumendū summū Pontificē hoc voluisse. c. pastoralis. de priuileg. Praesertim cum idem Papa ablationem iuris quaesiti per aliam suam regulam detestetur, propter quod non praesumitur sibi velle contrariari: arg. l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico. cap. super eo. de offic. deleg. & huic intellectui consonat etiam regula de annali, quae tantum intelligitur annullare impetrationes sequentes, non autem praecedentes, vt patet ibi in illis verbis, per annum immediatē praecedentem, &c.

D Nec obstant illa verba, Ne queant molestari, quia intelliguntur per impetrationes factas post triennium, ut innuunt prædicta verba, impetrationes de beneficiis sic possessis factas. Nam si illæ impetrationes ante triennium obtentæ fuissent, non dixisset, de beneficiis sic possessis. Nec obstant illa alia verba, Antiquas lites, &c. quia intelliguntur de litibus inter alios, ut inferius dicam in 61. quaest.

Tamen prædictis obstat vnum, quod ista regula fuit indicta ad similitudinem vsucapionis, videlicet ne propter ignauiam, aut negligentiam personarum beneficia sub incerto essent, & ut lites de medio tollerentur, ut in l. ff. de vsucap. Sed istæ rationes cessant in eo, qui post triennium possessionem impetrauit: quia nulla in eo negligentia reprehenditur, sed bene reprehenditur in eo, qui ante triennium impetrauerat, & neglexit per triennium ius suum defendere: & ideo merito in pœnam negligentis iura interpretatur, videri eum illud ius habere pro derelicto, saltem viuente possessore trienniali, quia lex vigilantibus, & non dormientibus imposita est. l. pupillus ff. quæ in fraud. cred. Et non solum, qui per triennium non experitur de iure suo, sed qui per solum annum negligit ius suum in iudicio deducere, videtur illud refutare, & habere illud pro derelicto ut est text. in §. porro. quali. olim feud. pot. alien. & in l. 2. ff. quis ordō in bono. pos. seru. & in l. 1. §. largus. ff. de success. & in l. 4. qui admit. & in c. si Titius. si de feud. fuer. contr. & in l. 1. C. de ann. excep. Faciunt ea quæ dicit las. in

Eprehenditur, sed bene reprehenditur in eo, qui ante triennium impetrauerat, & neglexit per triennium ius suum defendere: & ideo merito in pœnam negligentis iura interpretatur, videri eum illud ius habere pro derelicto, saltem viuente possessore trienniali, quia lex vigilantibus, & non dormientibus imposita est. l. pupillus ff. quæ in fraud. cred. Et non solum, qui per triennium non experitur de iure suo, sed qui per solum annum negligit ius suum in iudicio deducere, videtur illud refutare, & habere illud pro derelicto ut est text. in §. porro. quali. olim feud. pot. alien. & in l. 2. ff. quis ordō in bono. pos. seru. & in l. 1. §. largus. ff. de success. & in l. 4. qui admit. & in c. si Titius. si de feud. fuer. contr. & in l. 1. C. de ann. excep. Faciunt ea quæ dicit las. in

F l. prætor. §. si aliquando. in 4. col. ff. de oper. no. nunt. cum concor. ut tradit idem las. in l. petens. in 4. col. C. de pact. & Felyn. in c. quæ in ecclesiarum. in 32. col. de constit. Et tenendo istam opin. quæ propter illam rationem negligentia communis videtur, obstant modò verba prædicta istius regulæ ibi, Impetrationes de beneficiis sic possessis factas, irritas & inanes, &c. ecce quod text. loquitur de impetrationibus de beneficiis per triennium antea possessis factis, & ideo propter istam contrarietatem potest teneri tertia opinio, videlicet regulam habere locum tam in impetrationibus ante triennium factis, quam in facendis, ex quo indistinctè regula loquitur, & verba illa de impositione perpetui silentij, & de non molestando, hic posita, in vtraque impetratione militant.

QVAERO, an triennium istius regulæ debeat esse continuum, an verò sufficiat interpolatum?

SOLVITIO. Glossator hic in 2. col. tenet, quòd debet esse continuum: tamen ratio ipsius non concludit, nisi ad illud, quòd triennium debeat esse completum, quia ponderat dictionem, per triennium, hic positam, quæ perfectionem signat. l. urbana. §. pernoctare. ff. de verb. sig. nec Bal. quem allegat, aliquid probat, quia dicit ibi, quòd probatis extremis probantur media, & sic quòd tempus est continuum, quòd non facit ad propositum: aliud enim est quærere, an triennium debeat esse continuum: aliud verò an debeat esse completum, & totaliter finitum, adeò quòd non sufficiat tertium annu inchoasse, vel pro maiori parte possedisse. **B** Nam ad istud secundum quæsitum tendit dictum Gloss. & bene dicit, & ultra ipsum est text. ferè in terminis in cle. r. quam ibi not. ad hoc And. Sicut. de seq. pos. & fruct. & bene facit text. in c. ad nostram. de reg. Nam sicut in temporalibus actionibus oportet vltimū diem esse completum, vt in l. in omnibus. ff. de act. & obl. ita in exceptionibus, quæ se habent instar actionū, debet idem requiri. l. prima & 2. ff. de exceptio. tenet Archi. in c. si annum. & dixi de iud. li. 6. Et Doct. tradunt in c. cum in cunctis. de elect. & est glo. ferè in terminis in verbo, trienio. dicta clem. r. de sequest. possess. & fruct. & ibi notat Ioannes And. & alij.

Sed quo ad primā quæst. de qua hic quærimus, ad quam impertinenter Glossator respondit, videlicet, nūquid triennium istius regulæ debeat esse continuum, idem concludendum erit, videlicet, triennium huius regulæ cōtinuum, & non interpolatū esse debere. Pro qua opinio. allegatur dictū Bal. in c. cum viginti. de offic. deleg. vbi voluit, quòd vbiunque lex requirit certum tempus, illud debet esse cōtinuum, videlicet de momento ad momētū, præsertim in odiosis, vt hic licet in fauorabilibus potest esse aliter, vt per glo. in l. 3. §. minorem. ff. de minor. & latè Imo. in clem. fin. de atat. & qualit. & istam opin. in terminis istius regulæ sequuntur Moder. in tract. beneficij. in ij. parte. q. 21. Et ista opin. iudicio meo non habet difficultatem per verba istius regulæ ibi, Per trienniū possederint. &c. de quorum proprio significatū est importare tempus continuū, & nō

D interpolatum, vt tenet Io. Andr. in addit. ad Specul. titulo de locat. §. nunc aliqua. versic. 27. Et Salic. in l. 2. C. de iur. emphy. col. 1. vbi dicunt, quod trienniu, de quo in d. l. 2. et quo designatur per dictione Per, debet esse cōtinuum. al. leg. text. in c. cupiētes. §. caterū. de elect. libr. 6. Et eos sequitur Socin. in cōf. 118. incip. circa præsente. col. fin. lib. 4. & idem Socin. in cōf. 42. col. 1. lib. 1. de quo dixi latē in regula de annali. & in §. rursus. nu. 32. instit. de action. post Abb. in cap. ad apostolicā. in penult. col. de regul. & in c. fin. de electio. cum aliis cōcordā. vt scripsi superius quæst. 16. & quia hoc clarum est, non insisto.

Et ex istis possunt decidi plures quæstiones ad ppositā occurrentes, an videlicet si tempore vnus Pontificis possedit quis per biennium, & tempore alterius per annum, an triennium possedisse dicatur ad effectum istius regulæ? & nunquid prædecessoris tempora coniungātur cum tempore successoris, vt possit dici triēnalis? Nam dicebatur olim tempore Eugenij in vna Maclouien. ecclesie sancti Iuani, quod nō, quia in beneficialibus, in quibus nō datur successio, non coniungūtur tempora, & ideo quilibet debet possidere per se integrum triennium, si vult vt beneficium istius regulæ, de quibus latē dixi superius in regula de annali. Et per ista fuit etiam die 4. Februarij. m. d. xxxviii. decisa in Rota vna quæstio, corā R. domino Ravnaldo Petrutio in vna causa Roma. parochialis sancti Pauli, in qua agebatur cōtra possessorem, ad priuationem beneficii, ob non promotionem: ille excipiebat de possessione trienniali. Fuit exploratum, quod possessio triennialis non fuit cōtinua post non promotionem, sed interpolata. Nam possederat per annum, ante incursum pœnam non promotionis, & per duos alios annos post lapsum anni, infra quem tenebatur promoueri. Tandem fuit conclusum illud triennium interpolatum, non iuuare possessorem. Vide circa hoc, quæ dixi in regula de annali, in duabus quæstionibus, & infra quæst. 46.

QVÆSTIO VIGESIMA PRIMA.

QVAERO, an progatio regulæ de triēnali, facta per vnum ex litigantibus cōtra possessorem triennialē, pro fit venientibus pro interesse suo infra tempus peroratum, tamen post triennem possessionem?

SOLVITIO.

SOLVITIO. In vna Toletana Abbatia, coram Reuerē. A
 Domino Ioan. Paulo, de mense Iunio M. D. XXXVII. fuit
 hoc dubium propositū in Rota. In quo Dominorum vota
 fuerunt varia. Nam quidam dicebant, prorogationem re-
 gulā factam per vnum prodesse venientibus, pro interesse,
 moti ex doctrina Baldi in c. de causis. de offi. deleg. quem
 ibi sequitur Fel. in quarta col. & ex his, quæ Doct. post Inn.
 dicit in c. cum super. de re iudic. & Moder. post Bart. in l.
 si perituario. §. 1. & in l. à sententia. ff. de appel. vbi conclu-
 dunt, ferè in simili casu, tertium venientem pro suo intere-
 se, vti posse appellatione per alium interposita, nec illum
 posse illi appellationi renuntiare, si tertius incæpit illa vti:
 per ea quæ dicit Innocen. & Abb. in c. ex conquestione. de
 restitu. spol. Fely. in cap. si diligenti. in 8. col. de fo. compe. **B**
 Nam quando actus, qui debet fieri infra certum tempus,
 valet in persona eius, qui agit nomine proprio, tunc alius
 potest ratificare extra tempus, nec habet locum l. bonorū.
 ff. rem rat. hab. Ita dicit Bar. in l. 1. per illum textum. C. qui
 admit. Nam clarū est, quòd quādo causa est semel cæpta,
 omnes quorum interest, ea durante, possunt venire ad cau-
 sam, & admittuntur in eo statu, in quo eam inueniunt, vt la-
 tē prosequitur Oldr. in consi. 255. incip. contra promissio-
 nem. cum concor. de quibus ibi per eum. Sic in proposito
 videtur hic dicendum, quia ex quo episcopus Solis proro-
 gās istā regulā, mouit litem contra possessore triennale,
 post triennium, licet infra tempus prorogatum, pendente il-
 la lite, poterit tertius venire ad eam, tāmquam quòd posses- **C**
 sor iā nō sit pacificus, nec repellitur exceptione istius regu-
 læ, quia res effecta semel, quo ad vnum, alienabilis per li-
 tem motā, censetur esse alienabilis quo ad alios. l. sicut. §.
 sed si permisit. & ibi Bart. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol.
 Illis tamen non obstantibus, maior pars Dominorū in-
 clinauit in contrariam sententiā, videlicet illum tertium,
 pro suo interesse venientē, excludi exceptione regulæ, nec
 illi prodesse prorogationem ab episcopo prædicto factā.
 Et inter plures rationes, quæ tunc adducebantur, ista fuit
 efficacior: quia Petrus Coque, qui erat ille tertius, pro suo
 interesse veniēs, licet comparuerit infra tempus proroga-
 tum per episcopū, & post litem motam ab eodem episco-
 po: tamen cōparuit eo tempore, quo iam Pet. de la Pegna
 BBB

Derat triennalis possessor pacificus, quo ad idsum Petrum Coque, licet illa triennalis possessio non præiudicabat episcopo, propter suam prorogationem regulæ factam ad annum. Et ideo licet episcopus posset agere contra possessorem triennem infra tempus prorogatum, nõ tamen hoc privilegium personale, concessum ratione personæ, poterat communicari Petro Coque, post triennium venienti ad causam, iuxta eam quæ habentur in cap. privilegium. de reg. iur. lib. 6. & in l. in omnibus ff. eodem titulo. & dixi late in simili quæst. supra quæst. 14. Sicut etiã videmus, quod protestatio facta per unum, non prodest alteri tertio, in al-

Tertius præiudicium, ut not. d. Anto. in cap. pratorea. de ap. pellat. præsertim, quando ille tertius est in negligentia. Sed si in casu nostro, prorogatio, quæ habet vim cuiusdam protestationis, tertio prodesset, inferretur præiudicium magnum possessori triennali, qui priuaretur cõmodo suæ possessionis, & exceptione istius regulæ. Igitur hoc fieri nõ debet: quia regula ista est inducta in odium negligentium, non prosequentium ius suum, & in fauorem possessorum. Odia igitur debent restringi, & fauores ampliari, vulg. cap. odia. Alias sequeretur absurdum, quod negligens consequeretur præmium, vnde merito pœnam sperare & intrinsece deberet, cõtra l. quod Seruius. ff. quod vi aut clam. & in cap. eum qui. de præbend. lib. 6. Non enim debent iniuriæ nasci, vnde iura nascuntur. cap. qualiter. de accus. Non negligentes ex sua negligentia pœnam non præmuniuntur. l. pupillus. ff. de his, quæ in fraud. cred. Hinc etiã, quod licet terminus prorogatus, cõseatur idem terminus cum primo, vulg. l. sed si manente. de præcar. illud nõ habet locum in materia odiosa, ut dicit Bald. in l. si à te. C. de pact. inter empt. & vend. sequitur Fely. in cap. de causis. in 2. colum. de offic. deleg.

Nec obstant dicta Innocen. in dicto cap. cum super. & Bar. in d. l. si per lusorio. cū aliis superius allegatis: quia omnia procedunt, quando tertius vult uti appellacione nõ tãtõ tempus, infra quod ipse potuisset appellare. Secus enim, si vellet adhærere appellacioni post lapsum tempus ad appellandum: quia tunc non licet, ut in casu nostro, in quo tertius pro interesse venit ad causam post completam & finitam triennem possessionem pacificam: & licet veniat infra tempus

tempus prorogatu per episcopum, illa prorogatio sibi ne- A
gligenti non prodest, in praedictum triennalis possessio-
nis: proderit tamen episcopo eam facienti, & ita pro ista
declaratione & resolutione ad dicta Innocen. & Bart. est
glor. notabilis in cap. vt circa. in versic. adharētes. de elect.
lib. 6. quam sequuntur communiter Docto. post Bald. in
authen. hodie. in fin. C. de appel. declarando tamen, vt per
Fely. in c. veniens. el. 2. in 3. colum. versic. secunda conclusio.
de test. & in d. c. cum super. in 3. colum. & per Areti in cap.
olim. in quarto notabili. de accus. cum aliis cōcor. de qui-
bus per Socinum, in consilio 45. columna 3. cum sequent.
Et ita doctrinā Bar. in d. l. si per lusorio. declarat Abb. Imo.
& Philip. Franc. in cap. penult. de appell. Salyc. in l. vnica.
C. si vnus ex plur. post Bart. in l. si qui. §. si. ff. de appel. Ang. B
in l. si separati. §. quotiens. colum. 4. ff. de appel. Hoc ta-
men fallit, & limitatur non procedere in casu decisionis
Rotæ 65. in nouis.

Vtcrius pro ista opin. facit, quia eo ipso, q̄ iste Petrus
Coque tertius tam tardè post finitum triennium venit ad
causam, praesumptio est contra ipsum, quod sciuerit litem
ab aliis agitari super beneficio, & negligenter omisit veni-
re: quia hoc operatur triennalis possessio pacifica, quod
transfert praesumptionem negligentiae in alium. Si igitur
tāto tēpore tacuit, & non est prosecutus ius suum, videtur
illud habere pro derelicto, & nocet sibi quo ad possessio-
nem, vt dicit Egid. decis. 712. no. Fely. in cap. penult. in vl-
timis verbis. de re iudic. Et tenendo istam opin. non ob- C
stat dictum Bald. in d. cap. de causis. de offic. deleg. & Fely.
ibi in 4. col. dum dicunt sufficere consensum aliorum litig-
antium, quando fit prorogatio de tempore ad tempus, li-
cet tertius, de cuius interesse agitur, non consentiat: quia
responderetur illud dictum nihil ad propositum facere, quia
ibi quo ad prorogantes valet prorogatio, nec consensus
tertij praetēditis interesse, quo ad illos requiritur necessa-
rio tamen fuisse, si prorogatio illa deberet sibi nocere, vel
prodesse, prout in correis. de quibus inferius dicitur. Sed
in casu nostro alia ratio concurrit, videlicet triennium ex-
clusiuum actionis istius tertij. post quod quidem trien-
nium nemo auditur, nisi ille, qui infra triennium pro roga-
uit, & in illa prorogatione triennij bene quadrat dictum
BBB ij

D Bald. quòd consensus tertij nõ requiritur, cum sit actus diuiduus, què quilibet pro se facere potest in tẽpore, & qui illum non facit, sibi nõ cet propter sui negligentiam.

Postremò, pro ista decisione adduco vnum satis solidũ & firmum fundamẽtum. Nam clarum est in iure, quòd interruptio ciuiliſ, quæ fit ad interrompendum tẽpora præſcriptionis, ne currant facta per vnum solum, prodest illi interruptenti, & nõ alteri, quasi restringatur actus ad certam personam actum exercentem, vt est text. in l. intra qua tuor. ff. de diuersis & tẽpo. præſcrip. Notant omnes Doct. post glo. ibi in l. cum notissimi. C. de præſcript. 30. an. & tradunt etiam Doct. in l. more. C. de rei vendic. & in cap. placuit. §. potest. 16. quæst. 3. Bart. & alij in l. naturaliter. ff. de

E vsucap. & Bald. in l. 2. C. de seruit. & d. Ant. Abb. & Moder. in c. illud. de præſcript. cum pluribus concord. vt scribunt Modern. in tract. præſcript. in quarta parte 6. partis principalis. quæst. 3. Sed in casu nostro prorogans tempus triennij ne currat, dicitur interrumpere præſcriptionem regulare, ergo tantum sibi debet prorogatio prodesse, & non alteri, cum sit actus personalis.

Cõfirmatur vterius ista opin. quia præſcriptio huiusmodi triennalis, licet aliquo respectu dicatur favorabilis possessori, est tamen principaliter inducta in odium negligentium. Ideo interruptio facta per vnum, vel prorogatio nõ prodest aliis negligentibus, nisi fiat ab vno ex correis tendendi, tunc enim prodest alteri, vt in l. si. vbi glo. Bald. & Angel. C. de duob. reis. cũ similibus. de quibus per dictos Moder. in d. tracta. præſcript. quæst. 4. fol. 73. Nec potest hoc casu iste negligẽs excipere de lite per episcopũ prorogantem infra tempus prorogatum mota, quasi quòd iã fuerit beneficium effectum litigiosum, & non pacificum: quia responderetur, q̃ hæc exceptio non fundat intentionẽ opponẽtis, iuxta l. si. C. de rei vendic. nec illa interruptio, quæ est ciuiliſ iuuat alium, quàm interruptentem, cum sit personalis, vt est communis opin. quam tenent Doct. prædicti, quam dicit etiam communẽ Abb. in d. cap. illud. col. si. versic. quæro an interruptio. Et ideo possessor triennalis, quo ad istum, liberas aedes habet. l. loci corpus. §. competit. ff. quemadmodum ser. amit. nec litigium isto casu afficit beneficium. l. 1. & ibi glo. & Bart. ff. de litig. vbi patet

tet, quòd vitium litigiosi est personale, non reale. Et sic iu- A
 ur ipsum episcopum litem inducentem tempore apto, nò
 alium, vt not. in l. vitia. C. de acquir. poss. & in l. vbi Bartò.
 de prescript. long. temp. Ange. in authen. de litig. §. i. coll.
 & per Bald. in l. fi. C. eod. tit. Et licet Abb. in d. c. illud. dicat,
 quòd de iure canonico per contestationem litis efficiatur
 quis malæ fidei possessor, & quòd durat hoc vitium perem-
 pra instantia, & sic interruptitur præscriptio quo ad o-
 mnes, quod in casu nostro videbatur dicendum. Illud tamè
 dictu Abb. resoluitur multipliciter. Primò, quia in præscri-
 ptione istius regulæ non requiritur bona fides, secundum
 Rotam, vt inferius dicam in alia q. Et licet requiratur, tam-
 en per litis contestationem non inducitur vera mala fi-
 des, sed præsumpta tantum, vel ficta: vt not. in l. nemo. C. B
 de acquir. poss. Nam possidens rem, & credens eam fir-
 miter esse suam, non mouetur firmiter ad credendum con-
 trarium ex hoc quòd alius facit sibi quæstionem: aliàs de
 facili daretur materia impediendi perpetuò cursum præ-
 scriptiois litem cõtestado, vt superius dixi. Et ideo opin.
 primà tenuit Petr. de Ancha. in c. i. de prescript. in 6. dicēs,
 quòd non solum de iure ciuili, sed etiam canonico, ille qui
 habet malam fidem quo ad vnum, & bonam fidem quo ad
 alium, potest præscribere contra illum, cõtra quem habet
 bonam fidem. allegat l. qui balneum. ff. qui pot. in pig. hab.
 Facit l. aut qui aliter. §. si quis. & ibi Bart. ff. quod vi, aut
 clam. & tenendo, quòd hic non requiratur bona fides,
 res de plano procedit. Et ista sufficiant pro resolutione C
 istius q.

QVAESTIO VIGESIMA SECVNDA.

QVAERO, vterius, iuxta prædicta, vtrum interruptio
 pacificè triennalis possessionis facta ad citationem
 vnus, profit aliis?

SOLVTIO. Pro veritate istius q. quam nullus haecenus
 aperuit, nec declarauit, in primis præmittere oportet, q
 possessio ista triennalis, inducta per istam regulam, æqui-
 pollet præscriptioni: quia sicut per præscriptionem non ac-
 quiritur præscribenti dominiu, sed ius excipiendi, vt tradit
 gl. & communiter Docto. in l. in traditionib. C. de pact. ita
 & per dispositionem istius regulæ, non acquiritur possessio
 n̄ titulus, sed duntaxat exceptio, vt not. Felyn. in cap. sicut.

BBB iij

De re iud. col. 16. & in cap. licet. de simo. Item sicut præscrip-
 tio inducta est regulariter in fauorē possessorum, & oīū
 negligētium: ita & regula ista eundem effectum producit.
 Quibus præsuppositis, pro resolutione quæst. videtur pri-
 mō dicendum, interruptionem triennis possessionis fa-
 ctam per vnum, non prodesse omnibus aliis, per ea quæ
 Bart. & omnes tradunt in l. naturaliter. ff. de vsucap. & Abb.
 in cap. illud. de præscript. cū aliis concor. de quibus in pro-
 xima quæst. dixi. Et hoc videtur tenere Bart. in l. fiscus. ff.
 de iur. fisc. vbi voluit, quod effectus litis cōtestatæ tāquam
 actus civilis, non porrigitur de lite ad litem. Et ita in termi-
 nis istius regulæ concludit Glossator concilij Basl. positi
 in pragmática Frāciæ, tit. de pacifi. posses. in glo. super ver-
E bo, terminorum. vers. quæritur, an motio litis. Sed istis nō
 obstantibus, contrarium tenuit semper Rota. Nam si vnus
 tertius citat possessorem intra triennium, adeo beneficiū
 efficitur litigiosum, quod licet postea efficiatur triennis,
 non potest talis possessio iuari exceptione istius regulæ
 aduersus quoscunq;. Quia ex quo semel per vnum interru-
 pta fuit possessio pacifica, illa interruptio, & litem incerta
 semper durat, quo ad omnes: donec vitium illud litigiosi
 per sententiam purgatum fuerit, iuxta decis. 10. in titulo, vt
 lite pendente. in no. Itaq; inualuit iam ista opinio in Rota,
 quod beneficiū semel litigiosum cū vno, efficitur litigio-
 sum, seu verius, non pacificum, quo ad omnes alios. Pen-
 detus est modō videre, in quo fundatur ista opinio Rotæ.
F quia videmus in contrarium esse communem regulam su-
 perius traditam, videlicet, quod interruptio facta per vnum,
 non transit ad alios. l. intra quatuor. ff. de diuers. & tempo.
 præscript. Bart. in l. fiscus. ff. de iure fisc. cum aliis allegatis
 superius. & hoc videtur sentire decis. 3. vt lite pend. in no.
 Et ideo pro declaratione & corroboracione istius opin.
 & styli Rotæ, est ante omnia præmittendum, qd duplex est
 species interruptionis: vna est naturalis, & alia civilis, vt de-
 clarat notabiliter Abb. in c. illud. in 2. col. de præscript. post
 Bart. & alios in l. naturaliter. ff. de vsucap. naturalis interrup-
 ptio est illa, quæ causatur ex defectu, seu nullitate alicuius,
 ex substantialibus requisitis ad præscriptionē. Exēpli gra-
 tia: ad præscriptionē iuris cōmunis, regulariter requiritur
 iurulus, & bona fides, vt habetur in c. possessor. de reg. iur.
 lib.

& in cap. fin. de præscript. cum vulg. Si per aliquem A
 deregeretur præscribentē non habere bonā fidē, vel non
 habere titulū, talis præscriptio diceretur interrupta inter-
 ruptione naturali, adeo q̄ talis effectus interruptionis, in-
 troductus per vnum, durat postea quo ad omnes alios, do-
 nec superueniat bona fides, & incipiat possessor de nouo
 præscribere. ita no. Bar. & omnes in d. l. naturaliter. & Abb.
 in d. c. illud. in 2. col. Alia est interruptio ciuiliſ, quæ causa-
 tur, non ex defectu aliquorū substantialiū præscriptionis,
 sed extrinsecus, puta per citationē, vel litis contestationē.
 Et talis interruptio, causata per vnū, nō operatur, nisi quo
 ad interrūpentē tantū, & nō quo ad alios, vt dicūt iura &
 Doct. superius allegati. Istis præsuppositis, venio ad reso-
 lutionē q. & dico sic, q̄ sicut in præscriptione iuris cōmu- B
 nis, pro substantia & necessariis requiritis præscriptionis
 requiritur regulariter titulus & bona fides; ita in ista reg.
 pro substantiali forma istius possessionis triennalis intro-
 ducta est, & requiritur pacifica possessio, quæ magis atten-
 ditur in ista regula, quā bona fides, vt dicā inferius q. 42.
 Imò loco bonæ fidei requisite in aliis præscriptionibus de
 iure cōmuni, regula ista expressē exigit pacificā possessio-
 nē, vt patet in text. Et in hoc differt præscriptio istius regu-
 læ, à præscriptione iuris communis: quia illa nō ita requi-
 rit pro forma substantiali pacificam possessionem, quo ad
 interruptionē perpetuā, sicut regula ista. Hoc adparet eui-
 denter ex iis, quæ not. Abb. & Moder. in d. ca. illud. vbi vo-
 lunt, q̄ de iure cōmuni, per solam litis contestationē, non G
 impeditur cursus præscriptionis, ex eo, quia per illam, licet
 quis molester in possessione, nō tamē inducitur vera ma-
 la fides, sed præsumpta, seu ficta, iuxta l. nemo. C. de acqui.
 pos. quæ nō sufficit ad interrūpēdū præscriptionē. Nam
 possidēs rē, & credēs firmiter eā esse suā, nō mouetur fir-
 miter ad credendū cōtrariū, ex eo q̄ alius sibi intulit que-
 sitionē, aliās de facili daretur materia interrūpēdi perpe-
 tuō cursum præscriptionis: sufficeret enim, q̄ quis litē nō
 contestatur, absque eo q̄ fidem faceret de aliquo iure suo,
 quod esset absurdū, ita dicūt Abb. in d. c. illud. & ibi sequi-
 tur Fely. & ante ipsum Paul. de Cast. in l. i. C. de fruct. & lit.
 expē. & ante oēs Bar. in l. illud. ff. de pet. hare. & reassumūt
 Mod. in tract. præscrip. in quarta parte 6. partis principi. q. 1.

DEx quibus adparet, quòd in præscriptione de iure cõmuni, non consideratur ad interrumpendã præscriptionẽ, quòd solum quis molestetur per citat. vel litis contestationẽ: sed requiritur, quòd necessariò cõcludatur mala fides, per sententiam, vel aliter per probationes: quia tali casu impeditur bona fides, quæ est vnũ ex substantialibus requisitis ad præscriptionem, sed in regula ista est cõtrarium: quia in ea requiritur pacifica possessio, pro forma & requisito substantiali: ad eò, q̄ si illa interrumperetur, etiam sola citatione executã, regula ista nihil proficeret. Nam regula ista, vt dixi, non requirit bonam fidem, secundũ interruptionẽ Rotæ, vt infra dicam in dicta quæstione: sed requirit pacificã possessionem pro forma substantiali. Quo stante, vbi ali-

Equis citat pacificũ possessorem, clarum est, quòd ex quo per illam citationem desinit esse pacificus, vt notat Paul. Card. & Imol. in clement. gratiæ. de rescript. Et per consequens, per illam citationem extinguitur vnũ ex substantialibus requisitis in ista regula, videlicet pacifica possessio, talis interruptio erit naturalis, secundũ præsupposita superius. Quo casu interruptio naturaliter facta per vnũ, durat quo ad omnes, quandiu durat effectus ex illa interruptione causatus, secundũ cõmunes doctrinas superius allegatas. Itaq; talis possessor nõ poterit, durante tali lite, siue interruptione, vt exceptione istius regulæ contra aliquem. Et intelligendo isto modo regulam, stylus Rotæ de plano procedit, & dicta decis. 10. vt lit. v. enden. rectè poterit defendi ab his, quæ dixit Nicol. Milis auditor in verbo,

Frite pend. & Gloss. in regu. 27. de subrogandis. Ex quibus etiã liquidò adparet, ea quæ superius adducta fuerunt pro cõtrariã parte, nõ obstare, cũ loquatur in interruptione ciuili.

Et ex istis potest inferri, ad quæstionem quam in prædicta audientia proposuit R. D. Ioã. Paulus in Rota, in vna Tolesana Abbatiæ S. Vincetij: de qua etiã superius quæst. præcedenti memini, in alio tamen proposito. Quæstio igitur talis fuit. Episcopus Balneoregien. habebat prorogationẽ istius regulæ ad annũ: quidã etiã Franciscus Sapata habebat etiam aliam prorogationem ad alium annum. Accidit, quòd dictus episcopus post triennem possessionẽ completam, infra tempus tamen suæ prorogationis regulæ, datum sibi, & dicto Francisco Sapata, citauit Petrum de

Penya possessorem triennale. Deinde labuntur tempo
 A
 ra prorogationis, & Franciscus Sapata agit contra dictum
 Petru possessore. Ille excipit de ista regula. Replicat Fran-
 ciscus, regula non esse locum, ex eo, quia non est pacificus
 possessor, propter citationem factam per Episcopum Balneo-
 regien. Petrus possessor triplicat, & dicit citationem episco-
 pi non iuuare, duplici ratione: quia tempore citationis iam ipse
 Petrus fuerat triennalis possessor pacificus. Et licet per pro-
 rogationem episcopi, tempus illud triennij prorogatum fue-
 rit, & infra tempus prorogationis fuerit citatus, illa citatio
 seu interruptio possessionis facta per episcopum, debet tan-
 tum episcopo prodesse, non autem Francisco negligenti,
 & tarde venienti. Nam licet facta fuerit citatio per episco-
 pum, infra tempus prorogationis regula, concessum d. Fraci-
 B
 sco: ex quo tamen Franciscus nihil egit infra tempus suum pro-
 rogatum, neque ratam, aut gratam habuit litem motam per
 episcopum, qui infra tempus adherere poterat: merito nunc
 debet, tanquam negligens, exceptione regulae repelli, post-
 quam nihil agendo permisit labi tempus prorogationis.

Quaritur modo, nunquid ista regula obstat dicto Fran-
 cisco, adeo quod iuuari non possit ex citatione, siue inter-
 ruptione facta per d. Episcopum? Quod habeat locum re-
 gula in fauore dicti Petri possessoris, contra Franciscum Sapa-
 ta, faciunt duo motiua efficacia. Primum, est ex doctrina
 Bar. in l. si per lusorio. ff. de appel. post glo. in c. circa. in ver-
 adhaerentes. de elect. lib. 6. dum voluit tertium venientem
 pro interesse, posse uti a pellatione ab alio interposita, si C
 ea utatur intra tempus, infra quod posset appellare, si senten-
 tia fuisset lata contra eum. sequitur Floria. in l. i. ff. de appel.
 & alij, ut dixi in proxima praecedent. quaestione. Sed dictus
 Franciscus Sapata, infra tempus suae prorogationis non est
 usus, nec ratam habuit litem motam per episcopum. Igitur
 diligentia illius, sibi non debet prodesse.

Secundo, quia quando interruptio facta fuit vigore pri-
 uilegij prorogationis, & sic iure speciali, tali casu illa inter-
 ruptio solum prodest interrumpenti, & non alteri, etiam ha-
 bentis causam annexam cum appellante, etiam in casu, vbi
 alias de iure communi solet prodesse, ut est doctrina Bart.
 in l. si cui expressum. in 3. col. ff. de appellat. & facit ad hoc
 not. dictum Bald. in l. petenda. col. si. C. de temp. in integ.

Drestit. sequitur Fely. in c. si diligenti. in 8. colum. versic. secundum corollarium. de for. compe. est gloss. notabilis in cap. penult. ff. de appellat. quam ibi Abb. & Imol. & omnes Moderni sequuntur: quæ voluit, quod in terminis illius text. ideo appellatio vnius. ex duobus correis, vna sententia condénatis. prodest alteri: quia appellatio fuit facta iure communi. Secus, si speciali, quia tali casu diligentia vnius non prodest alteri. facit pro hac parte. l. Lucius. ff. de seruit. ruit. prædio. & quod not. Ioan. Fab. in §. quod dicitur que. in lit. de iure nat. Et ista interpretatio mitior admittenda est in favorem possessoris, cuius beneficio regula ista introducta fuit, & etiam, ut litium sit finis, ad quarum extinctionem regula ista emanavit, ut patet in fine. Et talis interpretatio,

Eper quam lites tollantur, convenit reipub. ut in l. si quis in genuum. §. fin. ff. de cap. notat Bart. in l. ambitiosa. in 4. & §. col. ff. de decre. ab ord. fac. & Fely. in rubr. de treu. & pa. in 3. col. cum concord. ut dixi in regula de annali. q. 2. Vnde quatenus prorogatio regulæ tenderet in eius favorem, extendenda esset: sed quatenus tendit in odium, debet restringi. Vnde merito voluit Bal. in l. si à te. C. de pact. inter emp. & ven. quod prorogatio termini in odiosis. non reputatur eadem cum termino: secus in favorabilibus, in quibus procedit l. sed si manente. ff. de precar.

Suadetur ista opinio ex alio motivo, quia clarum est, quod ex quo Petrus de la Penya complevit triennium pacificæ, episcopus per suam prorogationem potius videtur obtinuisse licentiam agendi, quam licentiam excludebat regula, nisi unicuique claudens, quam papa visus fuerit triennium regulæ ad quadriennium prorogate. Patet, quia prorogationes episcopi, & dicti Francisci, licet fuerint infra triennium concessæ: non tamen papa voluit tempus prorogatum curtere, nisi à fine triennij: quo casu non dicitur proprie prorogatio, sed quædam nova concessio, seu dilatio, ut dicit Bal. Fely. & alij Moderni. in cap. de causis. de offi. deleg. Et pet istam talem concessionem, nihil aliud inducitur, nisi quod petitur os episcopo, quod per regulam clausum erat. Vnde si egit, sibi debet prodesse, cum sit privilegium personale. non autem d. Francisco, qui non utendo pet annum, facultate sibi concessa, visus fuit renuntiare suo rescripto, iuxta ca. plenius. de rescripte. Nec citatio episcopi potest illi prodesse: quia illa non

non interrumpit triennem possessionem, que iam pacifice A
 reuocata, sed dar nouam facultate agendi. Confirmatur ex
 illis, que dicit Alcx. in auth. iubemus. in princ. C. de iudi. vbi
 dicitur, quod licet dilatio data vni, posset alteri prodesse
 illud est verum, nisi alter noluerit vti dilacione, renuntian-
 do probation. & allegationibus suis, quod factum videtur
 hic per d. Franc. Sapata, qui infra tempus prorogatum nihil
 agendo tacite visus fuit renuntiare defensionibus suis. Te-
 nendo tamen contrariam partem, videlicet, quod reg. ista non
 obstat d. Franc. ad predicta motiua responderi potest.
 Primo, quia licet verum sit, quod interruptio, siue appellatio
 facta per vnum ex correis, iure speciali non potest aliis in-
 cubus, in quibus de iure communi alias prodesse possent, B
 tamen non habet locum, quando illis, quibus prodesse possent, B
 etiam inuari possunt iure speciali. Ita notabiliter limitat, &
 declarat Bal. in l. vnica. in 2. col. C. si vnus ex plurib. appel-
 Et licet contrarium teneat ibi Saly. nihil allegans, tamen
 opi. Bal. sequitur Benedic. de Perusio in d. c. pen. de appel-
 Et ibi hoc tenet idem Bal. Pro qua opi. facit optime text. al-
 legat. per Bal. in l. preses. ff. de min. Et ista est communis opi-
 ut probat Ang. Aret. in l. si qui expressim. §. quotiens. in 4.
 col. ff. de appel. Cum igitur in casu presentis q. dictus Fran-
 cis. Sapata habeat etiam speciale prorogatione istius re-
 gula, sicut d. episcopus: ideo interruptio facta per episco-
 pum vigore sue prorogationis specialis, proderit d. Fran-
 cisco. habenti etiam prorogationem. Et pro ista opin. faciunt ea,
 que tradit Petr. de Ancha. in clem. si appellacionem. in fin. C
 de appell. vbi dicit in simili, quod si appellans non est pro-
 secutus appellacionem suam infra biennium, ita quod pro-
 pter eius negligentiam deserta fuit appellatio per lapsum
 fatalium, si appellatus, qui post dictum tempus fuit legitime
 impeditus, potest agere, procedat ad vltiora coram iudi-
 ce appellacionis: tali casu appellans, qui iam fuit exclusus
 per lapsum fatalium, poterit admitti ad contradicendum,
 excipiendum, & prosequendum ius suum, ex persona appel-
 lati, allegat tex. in l. petenda. C. de temp. in integ. rest. Vbi
 exclusus a termino, admittitur beneficio aduersarij: quod
 facere ex sua persona non posset, ad idem alleg. dictum In-
 noc. in cap. i. de confirmatione vtili vel inutili. inducendo,
 ut ibi per eum. Et de plano procedunt, quando dictus Fran-

Discus sciuit interruptionem factam per episcopum infra tempus suæ prorogationis: quia tali casu sibi prodest, etiam si nihil ageret infra tempus suum prorogatum: quia visus est confidere de diligentia, & remedio iuris procurato per episcopum. Secus verò, si sciret diligentiam episcopi, post tempus elapsum suæ prorogationis: quia tali casu non prodesset sibi talis interruptio, per ea quæ dicit Bart. in l. si cui expressum. in 3. col. ff. de appell. sequuntur communiter Doct. in d. c. penul. de appell. & ibi latius per Ang. de Castr. & in dubio ignorantia præsumitur, nisi probeatur scientia, vulg. l. verius. ff. de probat. qualiter autem probeatur ignorantia, in alia quæstione dicitur.

Et pro ista parte facit, quia negari non potest, quod prorogationes cõcessæ dicto episcopo, & Francis. id faciebant, quod perinde illis suffragabantur, ac si infra triennium adhuc fuissent. Vnde triennium reg. virtute prorogationis, quo ad istos, effectum est quadriennium. Et ideo, qua ratione citatio facta intra triennium inducit interruptionem possessionis, quo ad omnes: pari modo citatio facta in tempore prorogato, inducit interruptionem, quo ad omnes habentes prorogationem, cum in effectu illud quadriennium reputetur triennium, ex quo talis prorogatio fuit facta durante triennio.

Nec obstat, quod in odiosis terminus prorogatus non est idem cum primo, iuxta dictum Bal. in d. l. si à te. Quia hoc est verum, quando prorogatio fit à partibus: secus, si à principe, qui posset in totum regulam derogare: quo casu terminus prorogatus non dicitur novus, per ea quæ dicit Are. in l. si filius à patre. §. i. in 3. notabili. ff. de liberis & posth. qui dicit quod actus alteratus per superiorē, sine facto hominis, etiam in odiosis non facit novum hominem. Et hoc manifesta ratione probatur: quia constat per citationem factam in tempore prorogato, quem desinere esse pacificum possessorem. Sed interruptio pacificæ possessionis est naturalis, & illa prodest omnibus: ergo proderit dicto Francisco. Et ita per illam motiua, pro & contra, die 16. Martij M.D. XXXVI in dicta causa Toletana, coram eodem, Domini mei coauditores se diuiserunt, & vota fuerunt paria: quia quatuor tenuerunt primam opinionem, & alij quatuor secundam. Cuius primam tamen opinionem inclinabat R.D. Ioan. Paulus: qui proponebat causam: itaque fuerunt quinque pro illa opinione.

Sed

sed quia ex stylo non solent communiter numerari vota A
 proponentium, neque etiam ipsi solent consiliū, nisi raro,
 proferre: ideo causa mansit in isto pūcto dubia, super qua
 necesse erit cogitandum, donec Rota aliter determinet.

QVAESTIO VIGESIMATERTIA.

QVAERO, si habēs prorogationē istius regulæ ad an
 num, cui non cōpetit efficax ius cōtra triēnalē pos
 sessorem, cedat ius suum in aliū habētē melius
 ius, qui tamē exclusus erat per regulā: vtrum possit iste re
 signatarius, etiam subrogatus ad statū, in quo erat cedēs,
 vi beneficio prorogationis cedētis, vt possit agere con
 tra triēnalē possessorem, à quo primus fuerat exclusus?

SOLVITIO. Ista quæstio ventilatur modò, de mense Ia
 nuario M. D. XXXIX. in Rota, in eadē causa Toletana Ab- B
 batia, de qua in proxima superiori quæstione memini, co
 ram eodē R. D. Io. Paulo. Nam præsupponitur in facto, q
 dicta Abbatia fuerit per trienniu pacificè possessa per Pe
 trum de la Penya. Adquam Abbatiam cōpetebat ius duo
 bus, videlicet, domino episcopo Solis, & cuidā Petro Co
 que. Sed ius Petri Coque erat melius iure episcopi. Petrus
 tamē non poterat suo bono iure experiri, propter lapsum
 triēnalis possessionis Petri de la Penya, à quo fuerat ex
 clusus. Episcopus verò, licet bonum ius non foueret, sicut
 Petrus: poterat tamen agere contra dictum triēnalē pos
 sessorem, vigore prorogationis, quā obtinuerat ad regu
 lam istā. Modò accidit, quòd dictus episcopus cessit omni
 iuri sibi competenti in Petrum Coque, habentem ius bo- C
 num, sed elidibile exceptione istius regulæ. Modò vult vt
 prorogatione episcopi, ad effectum agendi contra posses
 sorem. Dubitatur nunquid possit? Pro parte affirmatiua,
 videtur prima facie dicendū, quòd sic: quia qua ratione e
 piscopus vti posset iure Petri Coque, si sibi cederetur con
 tra triēnalē possessorem, vigore suæ prorogationis, da
 to q Petrus contra possessorem agere non posset, eadem
 ratione & Petrus vti poterit facultate agendi episcopo
 competenti: cum correlatiuorū eadē sit ratio. l. si. ff. de ac
 ceptilat. cū similib. Præsertim, quia cum Petrus Coque sit
 in iure episcopi, & in eo statu, in quo episcopus subroga
 tus erat: debet in omnibus naturā illius sumere, iuxta vul
 gar. ecclesia, vt lite pendent. cum similib. Accedit, quia cum

D per renuntiationem cōsolidatum sit ius episcopi cum illo iure Petri, & effectum sit vnum ius indiuiduum, virtus alterius iuris trāsfundi debet cum qualitibus suis in aliū, iuxta tradita per Moder. in c.1. in 4. col. de præscript. cum materia l. si communem. ff. quemadmodum ser. amir. & in cap. per tuas. de arbi. & ca. sacris. de sepult. facit l. Stichum. §. additio. ff. de solut. & l. Vranus. ff. de fideiuf. Bart. in l. si is qui pro emptore. in 6. q. principali. & ibi Moder. col. 89. ff. de vlcap. Ex quo facile fiet, q̄ illud, quod quis ex persona sua conse qui non poterit, ex alterius persona consequatur, iuxta text. in cap. autoritate. de concess. præbend. lib. 6. & l. 2. §. fin. de hered. vel act. vend. & ea quæ notat latè Moder. post Bald. in l. si quis ex argentariis. §. i. ff. de eden. Et quia in dubio causa, quæ prodest, debet attendi, quando est magis potens, & non illa quæ nocet, vt tradit Felyn. in c. fin. de except.

Istis tamen non obstantibus contrarium tenuit Rota 11. eiusdem mensis Ianuarij M. D. XXXIX. iitis rationibus. Primò, quia prorogatio est beneficium personale, acquisitum prouidentia dicti episcopi. Ea igitur quæ merito personæ à principe impetrantur, in aliū non transferuntur. l. si quis autem ff. de success. edi. facit text. in §. sed & quod principi. ibi: nam quod ob meritū indulsit alicui, &c. in l. de iur. nat. ex quo text. & aliis superius in 14. & 20. quæ allegatis, limitatur illa vulgaris regula, quòd subrogatus sapiat naturam subrogati, vt videlicet non hæat locum respectu qualitatis adhærentis personæ, vt limitat Alexand. in consi. 107. col. 3. libr. 3. vt dixi in d. q.

Sic etiam dicimus, q̄ prorogatio facta in vna persona, non transfertur ad aliam, vt expressè tenent nouissimi in l. si se subiiciant. in 2. col. ff. de iud. arg. l. si ita stipularus. §. Chrysogonus. ff. de verb. obl. & in l. si cum Hernies C. loeat. Et secundū ista iustificatur dictū Bal. in l. 2. col. 1. verific. sed pone papa. C. de ædil. action. Vbi voluit, q̄ si papa concessit vni, q̄ possit emere aliquam rem, quæ alienari non poterat, ille non poterit alteri concedere illā facultatem, quia est personalis, & etiā depēdet à principe: & si concesserit, res reuertitur ad primā naturam, vt videlicet alienari amplius non possit. fac. ea quæ Bal. scribit in l. cum multa. verific. ex iis concludit. C. de bo. quæ lib. Ita in proposito videtur

detur dicendum. Nam ista facultas agendi vigore proro-
 gationis, concessa fuit à principe episcopo, per proro-
 gatione. cum alias episcopus experiri non posset lapso trien-
 nio reg. Quod igitur intuitu personę suę concessum est, in
 alium non tranhit, nisi princeps denuo cōcedat. Sicut vide-
 mus, q̄ licet hæres cōueniri possit, vbi defunctus poterat.
 Hæres absens. ff. de iud. vbi tamē diuersa qualitas fuit in
 defuncto, quàm in hærede, illa qualitas in hæredem non
 tranfit: licet eadē persona reputetur, vt no Abb. in c. quia
 reg. col. vlt. de iud. & ibi cōmuniter Doc. vbi dicit, q̄ si cle-
 ricus succedat laico, licet laicus vbiq; cōueniri poterat: nō
 tamen hoc trāsibit in hæredem clericū, vt ibi latē per eos.

QVÆSTIO VIGESIMA QVARTA.

QUÆRO, an si resignans post resignationem perfe-
 ctam ex causa permutationis, per triennium pacifi-
 cē in possessione manserit, exceptione istius re-
 gulę, aduersus tertium impetrandem, tueri se possit?

SOLVITIO. Hęc quæstio bis vel ter proposita fuit in
 Rota, per R. P. D. Petrum Vortiū, episcopū Aquen. in qua
 dam causa Virdunen. canonicatus, & præbendę. In qua
 post varias informationes Domini tandem 22. Iunij M. D.
 xxxix. inclinarunt in partem negatiuam, videlicet, resi-
 gnantem possessorem triennem tueri se non posse regu-
 lã istã. Et quanuis Domini omnes ita se senserint: volue-
 runt tamen melius deliberare, propter grauitatem qua-
 stionis quotidie contingentis. Mihi tamē ista opinio mul-
 tum placet, quæ in primis viua ratione & autoritate iuris
 comprobari potest. Nam notum est apud omnes, regu-
 lam istam non tueri merum detentatorem sine titulo, tal-
 tem colorato. Et in hoc differt à regula de annali, quæ me-
 rum intrusum defendit sine titulo. Sed sic est, quod renun-
 tians, etiam ex causa permutationis, perdit titulum & pos-
 sessionem, & manet in mera detentione beneficij, vt dicit
 decis. 1. de rerum permut. in nouis. & 16. eod. titul. in anti-
 quis. Ergo licet postea possideat per triennium tamen ma-
 net nudus detentator, & sic non debet defendi regula.

Et quod talis renuntians ex causa permutationis rema-
 neat omnino post renuntiationem sine titulo, adparet ma-
 nifeste: quia si permutatio non haberet effectū, renuntians
 non posset redire propria autoritate ad suum beneficiū.

D sine noua collatione superioris, quia aliás diceretur intrusus, vt ibi dicitur. Et tenent communiter Doct. in cap. cum venerabilis. de excep. vbi Moder. attestantur istá esse communem opinionem. quam latè defendit Barth. Socin. in consi. 148. incip. in primis. Et reassumit D. Petr. Andr. olim insignis Rotæ auditor in repet. c. 1. in 15. col. de rerum per. lib. 6. Et sunt de hoc penè infinitæ decisiones Rotæ sub titulo de rer. permut. in nouis, in antiquis, & in antiquioribus. Hinc est, quòd si talis renuntians ex causa permutationis, etiam vi expoliaretur, non posset agere interdicto vnde vi, nec condictione ex cano. reiteranda. vt dicit decif. 2. de rerum permut. in nouis, & decif. 8. eo d. rit. in antiq.

E cord. quos idem Petrus Andr. scribit in d. c. 1. in 16. col. que omnia ista in ratione fundantur, quia ex quo permutans per renuntiatione suam perdidit titulum & possessionem, non potuit beneficiũ sine canonica institutione, & sic sine titulo possidere. Et propterea expoliatus carens titulo, non debet restitui iuxta communem & triualem consuetudinem Rotæ, fundatam in dicto Inno. in c. in literis. de restit. spol. Et est decif. Rotæ 20. de restit. spol. in antiquis. Nam oportet etiam spoliatum probare possessionem se habuisse ab illo, qui auctoritatem habet instituendi: vt latè probat decif. 5. eo. ti. in antiquis. Et hac de causa videmus, quòd possidens triennio beneficium prius alteri vnitum, non iuuatur exceptione istius regulæ, quia caret titulo,

F quòd per vnionem extinctum fuerat, & per consequens, neque possideri poterat, quod iam non erat in rerum natura, sed erat confusum cum alio beneficio, vt superius in 8. q. latius dixi. Ita hic dicendum videtur.

Nec obstat, q̄ expectatiua reuocata dat colorem tituli, ad effectũ, vt spoliatus possit restitui, vt sepius tenuit meo tẽpore Rota, & dicã in alia quæst. Ergo pari modo debet dare colorem titulus primus resignantis, licet ille fuerit per renuntiatione extinctus. Quia respõdetur, q̄ termini sunt dispares. Nam q̄ expectatiua reuocata dat coloratum titulum, est in odiũ spoliantiũ, contra quos omnia iura clamant, & multa specialia in eorum odiũ sunt inducta: e contra leges omnes oppressis subueniunt c. cum vniuersorũ. de rer. perm. & hac de causa multũm spoliatis fauent, quæ ratio

no cessat in casu nostro, ex quo regula ista est odiosa, & A
quando exclusiua boni, seu melioris iuris ipsius impe-
ditur. Et ideo odia restringi debent in casu suo, & fauores
ampliari, vt dicit regula iuris in c. odia. Vel secundò potest
comparari, q̄ ideo in casu nostro titulus primus beneficij
designati nõ est sufficiens, quia illo se voluntariè, & sponte
resignans, quod cessat in expectatiua reuocata,
per multotiens ignoratibus expectatibus, & inuitis reuo-
catur, sicut in simili videmus, q̄ licet nuda detentio defen-
dat detentorè, quo ad regulã de annali: vbi tamè quis volũ-
tariè à principio cõsentit priuationi beneficij, puta ob nõ
solutione pensionis, regula illa non tuetur illum detentorè,
vt ibi, quia volenti & à principio cõsentienti nõ fit iniuria.
Nec obstat, quòd per lapsum triennij præsumitur retro- B
cessio, vt alias dicitur in alleg. Lapi. 89. quia respondetur
hoc non esse verum, nisi in successore: non autem in ipso
resignante, qui nõ potest allegare retrocessionem, ex quo
certus de facto suo, & debet eam producere. Quæ ra-
tio non militat in successore allegante retrocessionem sui
predecessoris possessoris triennalis. & ita loquitur & intel-
ligitur per Rotam allegatio Lapi.

Et præsupposito, quòd lapsus triennij in ipso resignan-
te præsumeret retrocessionem, adhuc illa præsumptio nõ
produceret titulum sufficientem ad regulã, duplici ratione.
Prima, quia regula requirit, quòd quis possideat benefi-
cium pacificè per triennium cum titulo saltem colorato, ita
quòd titulus debet præcedere possessionem triennalem, C
vt quis dicatur per trienniũ cum titulo colorato posse-
dere, quia aliàs solum & nudum triennium non producit ti-
tulum. Quo ad hoc igitur vt regula ista possessorem iuuet,
requiritur quòd titulus possessionem præcedat tanquam
fundamentum, non autem q̄ sequatur: quia tali modo pos-
sessio præcedens sine titulo continuata, tanquã mera deten-
tio, possidentem nõ iuaret ad effectum istius regulæ. Re-
quiritur igitur q̄ titulus præcedat tanquam necessarium an-
tecedens, vt cũ eo possessio triennalis continuetur. aliàs
sequeretur incõueniens, quòd idem triennium induceret
duo specialia, videlicet, productione tituli, & exceptione
regulæ: quod regulariter prohibetur, iuxta vulg. l. i. C. de
long. promiss. & est contra longæuam Rotæ interpretatio-
C C C

Dnem cum verbis regulæ cōcordātem. Et licet Rota teneat sufficere ad effectum istius regulæ, titulum præsumptū, intelligitur de titulo resultatē ex possessione præambula 10. anno. Nam si aliquis sine aliquo titulo visibili possideret beneficium per decem annos, acquirit præsumptum titulum, iuxta not. in cap. illud. de præscript. tradit Petr. de Ancha. in consi. 117. & Lopus alleg. 89. Cum quo quidem præsumpto titulo si quis postea per triennium possideret pacificè, acquirit privilegium regulæ, sicut si haberet titulum realem & visibilem, vt latius dicam inferius in alia quæst. vbi erit hoc principaliter tractandum. Patet igitur ex prædictis, quod ista sola possessio triennalis nō est habilis ad producendum titulum habilem, ad effectum, vt acquiratur

Exceptio istius regulæ.

Nec obstat etiam, quod execrabilis, qui habet titulum infectum à iure, tuetur ista regula, vt est dictū superius q. 10. quia hoc ideo est, quia execrabilis retinet ex voluntate sua suum pristinum titulum, quo nunquam se sponte priuauit sicut renūtians. Vn de licet titulus sit nullus, retinet adhuc colorem, donec declaratur nullus, iuxta dispositionē c. cum secundum. de hæret. lib. 6. Hinc est, quod execrabilis non debet interim possessione sua priuari, quia bene possidet, vt patet in cap. licet episcopus. de præbend. lib. 6. Vbi tamen per sententiam declaratus esset, tunc quia execrabilitas transferebat in notoriū, & tunc de mera illius occupatione adpareret, tali casu execrabilis non tuetur ista regula. Et idem quando execrabilis renuntiaret, & post renuntiationem maneret in possessione, quia ista regula eū non iuuaret, vt dictum est in dicta quæstione 10. tunc enim termini essent pares. Vbi tamen prædicta cessant procedit decisio facta in dicta quæst. 10. Ex quibus omnibus habet clarè dilucidatam hanc quæstionem.

Sed circa præmissa considerandum est, quia prædictis obstat decis. 1. de renunt. in no. vbi probatur, quod renūtians manēs in detentatione si expolietur, debet restituere ergo manifestè adpareret, quod retinet titulum coloratum, quia si dictū titulū non haberet, non restitueretur, quia secundū stylum Rotæ fundatum in dicto Innocen. in cap. litteris. de restit. spol. & in pluribus aliis decisionibus, nemo spoliatus in beneficalibus sine titulo colorato restituitur.

signatur

igitur restituitio tali detentori, etiam nondum annali con- A
 datur: a fortiori triennali tribui debet.

est tertia prima opinio. limitatur illam procedere, quam
 possessor triennalis alium titulum non habet, quam il-
 lum, quem renuntiavit. Secus verò, si deinde post annum
 resignatarium in fauorem, cuius cesserat in eodem re-
 gnante realitor, & cum effectu retrocessio facta fuisset.
 cum si cum dicto retrocessione titulo possessione trien-
 nalem continuasset & compleuisset, dato etiam quod in
 ista retrocessione de fructibus in antea male perceptis
 mentionem non fecisset, nihilominus talis possessor excep-
 tione regulæ iuuaretur. Nam retrocessio non faciens me-
 moriam de fructibus male perceptis, fit nulla, & talis impe-
 diens videtur reddi inhabilis, quo ad illud beneficium ob- B
 tinendum, iuxta late tradita per Felyn, in cap. postulasti. in
 c. & si. colum. & in c. in nostra. in 2. corrol. de rescript. ni-
 hilominus talis inhabilitas donec sit per sententiam dete-
 rta & declarata, non præstat impedimentum quo ad istam
 regulam, sicut de execrabili, & non promoti, superius in-
 ter quos diximus. Nam etiam illi indebitè capiunt fructus,
 & redduntur inhabiles ad beneficia, vt patet in extrauag.
 execrabili. & tamen defenduntur exceptione istius regulæ,
 vt ibi latissimè dictum fuit, quia regula ista duos tantum
 casus inhabilitatis excipit, ergo in aliis remanebat firma:
 restititio quia in casu nostro titulus retrocessione est co-
 rarius, quia est datus ab illo, qui dare potuit, iuxta vulgari-
 as doctrinas Doct. in ca. cum nostris. de concess. præb. Et C
 hodie. 7. Ianuarij. M. D. XL. conclusum fuit in Rota, in
 causa eadem Viridunen. canonicatus, coram R. D. Io. Paulo.

QVAESTIO VIGESIMA QVINTA.

QVAERO, an exceptio istius regulæ, quæ compete-
 bat possessori, possit opponi per eundem post amissa-
 tam possessionem per tres sententias cum execu-
 torialibus in iudicio restitutionis in integrum, cum clausu-
 ra, confitit de bono iure?

SOLVTIO. Hodie. 25. Iunij. M. D. XXXVII. proposuit
 hoc dubium R. D. Ioan. Mohedanus in vna causa Leodien.
 præpositura, & maior pars inclinabat, quod non, ex eo quia,
 prout alias fuerat conclusum, per Dominos in vna Caurien.
 actionis, quam de anno M. D. XXI. proposuit do. Guliel.
 CCC ij

D Casiodorus, ut ipse idem meminit in suis collecta. Regula ista est personalis, adeo quod inhaeret tantum omissis possessorum, nec eius privilegium alteri, quam possessori conceditur, ut indicant verba regulæ, ibi, Nec non impetrationes quaslibet de beneficiis sic possessis. & iterum ibi, Pacificè possederint. Igitur alij quam possessores de ea opponere non possunt: quia qualitas adiecta verbo, debet adesse tempore verbi. l. ex facto. cum vulg. ff. de vulg. & pupil. & l. Titius. vbi Bart. ff. de testam. mil. Beneficium enim datum personæ, non egreditur personam. l. quia tale. ff. sol. matrimo. c. privilegium. de reg. iur. lib. 6. & quod ius excipendi personale, personam non transgrediatur, est doctrina Bart. in l. si tertius. §. si prius. col. si. ff. de aqua plu. arced. Et

E ita etiam adnotavit R. P. D. Jacob. Simonetta tunc auditor, & postea cardinalis bene meritus, in quibusdam suis memorialibus Rotæ. Et ista à fortiori militat in casu nostro, quia est quid imputandum isti reo modo restitutionem impetranti: quare tempore primæ sententiæ quando ipse possidebat, non opposuit exceptionem regulæ. ex quo igitur postea possessionem amisit, sibi imputet. neque obicit, quod illud ius exceptionis amissum videtur reintegrari beneficio restitutionis in integrum, quia dicebatur non esse verum, sed solum restituitur ad limen iustitiæ, ut audiatur, constituto de bono iure, & illud ius de quo docere debet, intelligitur de iure, quod vivit & existit de presenti, quod in prima instantia non fuerat consideratum, nec deductum: non autem de iure amisso in actis deducto, quod evanuit, & nullum est, quia illud non restituitur, propter rationem text. in c. quavis. de rescript. lib. 6.

Crederem tamen, salva regula de non tollendo iure quaesito, quod si papa restitueret etiam ad ius amissum, quod licet illud ius cõpetens vigore istius regulæ sit quædam exceptio: tam in eo verificatur illa clausula, Constituto de bono iure, quia ius cõpetens per exceptionem dicitur bonum, ut declarat And. Sicul. in c. Ioannes. in 13. col. de testam. & Decius in consil. 102. in 1. col. ut dixi in §. omnium. in titu. de act. vide tamen quod superius quæst. 11. & 13. dixi.

QVAESTIO VIGESIMASEXTA.

QVAERO, quia ista regula requirit titulum, ut patet ex illis verbis, ex apostolica vel ordinaria collatione,

an intelligatur de vero, & valido, an verò sufficiat A
 titulus coloratus, vel præsumptus?

SOLVITIO. Prima facie ex verbis regula potius colli-
 gitur, quòd hic verus & validus titulus requiratur, quàm vel
 coloratus, vel præsumptus. Quia verba regulæ in dubio de-
 bent intelligi verè & propriè, non autem fictè. hoc dicit
 in l. i. §. hoc interdictum. ff. de fonte. vbi interdictum
 de fonte, in dubio intelligitur de vero & naturali, non au-
 tem de ficto. Ex quo ibi Bart. infert, quòd statutum prohi-
 bet mulieribus portare perlas, quòd intelligatur de veris,
 non de fictis. Sic & edictum de arboribus còcidendis, in-
 telligitur de veris & viuis, non autem de siccis & mortuis.
 In arbor. furt. ca. f. quibus accedit, quòd Moder. tradit
 in authent. sed nouo iure. C. de seru. fug. de illo, cui propter B
 maleficium debet abscindi manus. Nam debet intelligi de
 vera, non autem de arida: quia arida manus, non est ma-
 nus, sicut homo mortuus non est homo, sed cadaver. &
 plura his similia Docto. communiter scribunt in l. 4. §. con-
 demnatum. ff. de re iudic. quæ consultò omitto.

Quibus non obitantibus contraria opi. est verior de iu-
 re & tylo. Et in primis, quòd regula nõ requirat omnino
 titulum verum & validum, sed titulum coloratum, vel præ-
 sumptum, adparet ex decreto concilij Basilien. à quo secun-
 dum còmunem opinio. habuit originè ista regula, in quo
 concilio exprèsse dicitur, quòd sufficit, quòd possessor tri-
 ennalis habeat titulum coloratù. Ergo regula ista in distin-
 de loquens, debet capere interpretationem à matrice, & C
 in fonte. l. in testamento. ff. de condi. & dem. & in authent. si
 quis in aliquo. C. de eden. cù ibi not. Bal. in l. fi. C. de fid. in-
 stru. & Bar. in l. si librarius. ff. de regu. iur. Et hoc in ratione
 fundatur, quia si possessor triennalis haberet omnino titu-
 lum bonum & validum, nihil sibi prodesset priuilegiù istius
 regulæ, cum per titulù suum validù & verum còsultum sibi
 vallet còtra omnes sibi litem mouètes. Vt igitur triennalis
 possessio locum habeat, & aliquid operetur, est dicendum
 regulã contentari de solo titulo colorato, qui licet ex alio
 capite quàm ex defectu potestatis conferentis sit inuali-
 dus, illa infirmitas sanatur, & adiuuatur per triennem
 possessionem, quæ sufficit ad producendum exceptio-
 nem, & defendendum triennalè possessorem durante eius

D vita, postea capiet beneficium, qui meliorē & validiorem titulum habebit: sufficit enim, quod interim possessor cum titulo colorato non possit molestari. & ita seruat quoad Rota sine aliqua dubitatione. Quis autem sit titulus coloratus, inferius dicemus in aliis quaest. Sed quod dictū est de titulo colorato, idē voluit Rota habere locum in praesumpto, vt est in illo, qui possedit beneficium per decem annos. Nam licet nullum habeat titulum, ius tamen per lapsū 10. annorum praesumit titulum, vt patet in l. si filius. C. de pet. hered. & in c. peruenit. de empt. & vend. Et not. Pet. de Anchar. consil. 117. tradunt omnes in c. illud. de praesump. cum similib. de quibus per Moder. in tract. de elect. quaest. 15. & alios Modern. in tracta. praescrip. in prima parte tertiae partis. quaest. 10. post Alexand. in consil. 9. lid. 3. & Decium consil. 152. & consil. 36. colum. 3. cum sexcētis con. cor. quaest. Alexand. & alij congerunt in l. i. C. qui admit. & in l. si certis annis. C. de pact. Et iste titulus praesumptus sufficit ad effectum istius regulae, vt iudicauit Rota in vna Bononien. coram. d. Paulo Calo Capisucco de mense Martio M. D. X. I. X. vt refert dominus Gulielmus hic.

Sed aduertendum est, quod d. Guliel. hic non declarat, an solum decennium, quod inducit titulum praesumptum, inducat etiam privilegium regulae: quod videbatur dicendum, ex eo, quia sub decennio triennium quoque continetur, sicut in maiori summa inest minor. Itaque, decennio possidens beneficium sine titulo, posset defendi regula ex titulo praesumpto resultanti ex illa decenniali possessione. Tamen contrarium est verum: quia solum decennium non operatur & titulum, & privilegium regulae, ne concurrant duo specialia circa idē, contra l. primam. cum vulg. C. de dotis promiss. & quia regula ista requirit titulum praesumptum, qui creati non potest, nisi finito decennio, quo habito intrat dubium decisionis, videlicet, an ille titulus praesumptus sufficiat ad triennale regulam: & vt dixi, Rota conclusit, quod sic. Itaque, si post possessionem decennialē, id est, post assecutum titulum praesumptum, aliquis postea cum illo titulo praesumpto per alios tres annos pacifice possideat, proculdubio regula ista defendetur: quia ille titulus praesumptus aequipollet vero titulo, vel saltem colorato, praesertim ad exceptionem producendam, prout hic. Neque mirum, quod in hoc ista regula extendatur: quia cum sit

inducta in fauorem reorum possessorū, latè debuit interpretari, arg. l. Arrianus. ff. de act. & oblig. c. odia. de reg. iur. lib. 6. alias rationes scribit d. Guliel. in d. loco, quas non transcribo, cum eius recollectæ iam habeantur in formis, vbi videri potest.

Aduertendum tamen est ad vnum aliud, pro intelligentia materia, videlicet, quia videtur dicendū, ad præsumendum titulum præsumptum, sufficere triennem possessionem. Nam illud, quod olim decennalis possessio inducebat, vt videlicet possessor non posset molestari, inducit hodie regula ista, quæ attendit breui hominum vita, idē operari debet, sicut de alleg. Lapi. 89. quæ de decennio loquitur, videmus hodie seruari: quam Rota, propter eandem rationem, ad triennium reducit, vt. d. Gulielmus in quadā decisione refert. Nec mirum: quia triennium dicitur longū tempus, vt probat text. in cap. plerunq; & ibi Andr. Sicul. num. 5. de rescript. Hinc est, quod glossa in l. vsuræ. C. de viuis. illa verba sacre scripturæ, per tempus, & tempora, exponit pro triennio. Et quod triennium sit longum tempus, tenet Felyn. in cap. licet Heli. de simon. Ergo idē operari debet trienniū, quo ad producendū titulum præsumptū, quo d operatur decenniū, vt etiā tenet expressè Franciscus de Ripa in repe. ca. sape. de restit. spoliato. in 2. col. ver. octauum commodum. & Glossator hic in 5. col. latius conatur hoc probare. Et hoc viderur sentire Ioan. de Ana, in dicto cap. licet Heli. de simo. in quātum vult, quod sicut possidens per decem annos, saltem debet per iuramentū probare titulum præsumptum: ita & possidens per triennium. Ex quo datur intelligi, quod ex triennio præsumitur etiam titulus. Ex hoc etiam videtur sentire Imol. in cap. 2. do in integ. restit. vbi vult, quod ex possessione non momentanea præsumatur titulus. Et hoc viterius suadetur: quia ratio quare decennium inducit titulum præsumptum, est tolerantia ordinarij, vt dicit Pet. de Anch. in consil. 117. Sed ista ratio militat in triennio. Ergo illud etiam præsumptum titulum inducere debet. Pro quo facit text. in cap. 1. §. si quis de manso. si de feud. inuesti. controuer. fuer.

Sed breuiter prædictis nō obstantibus, contrariū tenendum est, videlicet, quod ex possessione trienniali, sicuti ex decenniali, præsumptus titulus non inducatur. Et ideo præ-

D claro intellectu prædictorum considerandum est: quia, ut
 sæpe diximus, & hoc clarissimum est, quòd regula ista om-
 nino aliquem titulum requirit, ut patet in ea, ibi, Ex apo-
 stolica, vel ordinaria collatione, &c. ita quòd sola, & nuda
 possessio, sine aliquo titulo præambulo, saltem colorato,
 non sufficeret, ut patet in ea. Et ille titulus ante inceptum
 triennium requiritur: & licet titulus bonus non fuerit, ni-
 hil interest, dummodo ab eo datus fuerit, qui bonum titulu-
 dare potuit. Nam regula ista requirit, non solum habilita-
 tem personæ recipientis titulum, ut quia non sit merè lai-
 cus, vel Iudæus, aut femina simplex: sed etiã ex parte per-
 sonæ cõferentis titulum habilitatem requirit. Licet igitur
 titulus quacunq; alia ratione, inualidus fuerit, dummodo
 emanauerit ab eo, qui dare potuit, sufficit ad regulam istã,
 ut inferius in alia quæstione dicemus. Vbi ergo vnã cum
 possessione triennali, dictus titulus non concurrat, posses-
 sor censetur intrusus, & regula talem possessorem non de-
 fendit. Et in hoc ista regula differt à regula de annali, quæ
 talem intrusum sine aliquo titulo iuuat: & ideo illa regula
 sola detentione contenta est, secundum interpretationem
 Rota, ut ibi dixi. Cõcludo ergo, quòd ex sola possessione
 triennali titulus præsumptus nasci non potest, cum us nõ
 adistat: adistat tamen possessioni decennali, ex qua voluit
 titulum præsumptum oriri, ut in dictis iuribus superius al-
 legatis, & rationem ponit Decius in consil. 121. in secunda
 colum. post Bald. in l. siue possidetis. in 4. oppos. C. de pro-
 F bar. Qui quidem titulus est aptus, secuta possessione trien-
 nali, ad producendum exceptionem istius regulæ.

Sed considera ulterius, quòd ratio illa cõmunis, quæ da-
 tur ad producendũ titulum præsumptum ex possessione
 decem annorum, de qua per Petrũ de Anch. in d. consil. 117.
 quæ fundatur in visitatione episcopi, & præsumptione re-
 sultante ex cap. ordinarij. de offi. ord. lib. 6. non videtur ge-
 neralis. Nam ex ea sequitur à contrario sensu, q̄ episcopo
 non visitante, fortè propter aliquod legitimũ impedimẽ-
 tum, vel belli, vel captiuitatis, vel etiã ex negligẽtia sua, q̄
 talis possessio decennalis non induceret præsumptum tita-
 lum, quod est contra prædicta iura generaliter loquentia.

Præterea, si illa ratio esset vera, militaret etiã in posses-
 fore triennali, propter tolerantia episcopi, visitantis, qui
 præta

præsumitur vidisse subditorum titulos, vt in d.c. ordinarij. A
& tamē contrariū dicunt Doct. in d. possessione triennali.

Et ideo pro resolutione istius q. considerandi sunt plures casus. Primus est in profanis, & in istis sola decennalis possessio cum patientia alterius præsumit titulum. Ita procedit text. in d. l. si filius. cum alijs allegatis suis limitationibus & ampliacionibus, quas latè ponunt Iaf. & Moder. repetentes in l. i. C. qui admit. & Modern. in d. tract. præscript. cum similibus.

Secundus casus est in beneficialibus, & in istis secundū communes conclusiones requiruntur plura, quo ad hoc, vt decennalis possessio inducat titulū. Primò, requiritur patientia superiorū. Secūdò, q̄ illi soliti fuissent beneficiatos sibi subditos visitare, vt tenetur. Tertiò, q̄ possessor iustificet suā possessionem saltē per iuramentū. Istam cōclusionem, quæ fuit Pet. de Anch. in ca. i. de reg. iur. lib. 6. sequitur Felyn. in d. ca. illud. in 4. colum. & in d. cap. sicut. in 16. colum. & latius in d. ca. licet. in 4. & 5. colum. de simo. vbi ponit quinque cōclusiones, cum limitationibus suis. Et isto casu tantum operatur ista decennalis possessio ad repellendum aduersarium, sicut regula ista ex titulo colorato. Meritò Domini voluerunt, quòd talis possessio induceret titulum præsumptum, declarando, vt supra.

Tertius est casus, quando quis non possedit, nisi per triennium: & tali casu requiritur, q̄ possessor probet titulum bonum, vel coloratum, alias ex sola possessione triennali non elicitur aliquis titulus præsumptus: quia ius non assisistit, imò regula ista resillit, quæ requirit titulum.

Est tamen differentia in hoc, quia in possessione triennali cum titulo non requiritur iuramentum, sicut in decennali, prout volebat Ioan. de Anan. Ratio est, quia vbi est titulus, nõ requiritur alia fides, vel probatio eius: quia possessio triennalis cum illo titulo, sufficit ad excludendū agere sine alio iuramento. & ita seruat Rota. Sed in decennali possessore, ex quo nõ est titulus, sed præsumptio tituli, nascens ex tempore, requiritur saltem iuramentū, quādo petitur à visitate, quòd iusta ratione recusare, & sine suspitione non posset, vt bene in hoc aduertit Felyn. in d. ca. licet.

Alia enim est differētia inter possessorem triennalem & decennalem, ratione istius regula: quia contra decennalē

D potest probari contrarium, videlicet, quod nullum titulum habet, ut notat omnes prefati Doct. in dictis locis, rationem ponentes, de qua ibi per eos. Item potest probari de anteriori titulo ante decennium competere. In triennali vero idem esset dicendum in puncto iuris, ut Abb. & alij tradunt in d. cap. licet. Sed secundum stylum hodiernum Rotæ contra triennalem non admittitur probatio anterioris tituli in contrarium: quia semper præsumuntur remedia, per quæ triennalis possessio defendatur, ut in causa Conchen. Præstimoniorum coram me, & deinde coram Reuerendo domino Marco Antonio fuit iudicatum, & in aliis pluribus causis, ponderando verba, Nequeant molestari, quæ inducunt perpetuum silentium, ut inferius in alia quaestione dicitur. Et bene verum, quod si in aliquo loco registrarètur tituli, forte posset probari contrarium per ostensionem librorum, ut dicit Fely. in d. c. illud. & c. sicut. in 16. colum. & ut in simili dicit Bald. in l. 2. C. de error. aduoc. de probatione sententiarum, quando non reperitur in libro, ubi scribi solent, & tradunt Paul. de Cast. & Moderni in l. in illa. ff. de verb. obli. Iason in l. si. §. licetia. C. de iure delib. & Fely. in cap. 1. de fide instrumentum concord. de quibus per Moder. repe. in authent. habita. C. ne filius pro patre. Sed tempore meo nunquam vidi probari contrarium. Imò, quod fortius est, licet secundum communem opinionem regula ista non defendat possessorem, nisi tantum in possessorio, quia non dat titulum, ut dicit Glossator hic, & Fely. in dicto ca. sicut. tamen ut ex usu videmus, hodie possessores triennales defenduntur in utroque: quia nullus contra triennem audiretur in petitorio circa validitatem tituli. Nam licet libri registorum ostenderentur, in quibus tituli registrari solent: nihilominus semper præsumeretur titulus alius, per quem triennalis defenderetur. Sed hoc non pono pro constanti, licet quo ad allegat. Lapi. 89. de titulo prædecessoris soleat hoc teneri, ut saepe vidi, præsertim in dicta causa Conchen. & in pluribus aliis. Et nouissimè in vna nullius Abbatie coram Reuerendissimo D. Paulo de hoc mense Decembri M.D. XXXIX. Tutius igitur est, quo ad exceptionem illius regulæ, quod iustificetur titulus, quo iustificato possumus hodie intrepidè tenere regulam istam, possessores in petitorio, & possessorio tueri nisi in spolio, ut supra diximus in

in vndecima q. & quod dictum est de petitorio, posset re A
stringi ad facultatem agendi ipsius triennalis, & non alte
rius, & ita possunt prædicta concordari.

Redeundo igitur ad principalem quæst. stat ex præmissis
conclusio, quod regula ista non solum possessori cum tit.
colorato, sed etiam cum præsumpto tribuit exceptionem.

Est tamen super hoc ulterius aduertendū, quod iste præ
sumptus titulus ita demum defendit possessorem, quando
allegatur in specie, vt quia dico me habuisse beneficiū ex
collatione ordinarij, & possedi per decē annos. Nam tali
casu illa allegatio tituli in specie, propter cursum lōgi tem
poris facit præsumere illum titulum interuenisse præsum
ptione iuris, licet in veritate non interuenerit. Nec teneo
illam aliter iustificare, sicut diximus in alle. Lapi. Et in hoc
fortior est illa decennalis possessio sola sine titulo, quàm B
triennalis cum titulo colorato: quia cōtra illā non potest
concludi de alio titulo, cū semper potest ad defendēdū
possessorem argui alius, & alius titulus præsumptus: & sic
titulus inuisibilis, qui reprobari non posset, ex ostensione
aliquorum librorū. Non sic in possessione triennali, quæ
requirit certitudinem alicuius tituli visibilis, & palpabilis,
quo mediāte possideat: & ille titulus potest cōiunci falsus
per ostensionē librorum registri, vt dicebat Fely. & Doct.
in locis superius allegatis. & ideo triēnalis possessor quan
do conuenitur, oportet quod realiter producat in actis ti
tulum, quē allegat, siue bonū, siue coloratum. Aliās si non
produceret, regula ista nō tueretur possessorē: quia extra
illum titulum, sola triennalis, & nuda possessio, non induc
cit aliquod adminiculum defensionis, nisi iuncta cum titu
lo: nisi, vt dixi, esset possessio decēnalis, quæ præsumptio
nem tituli inducit, & cōiuncta cum possessione triennali,
operatur exceptionem regulæ. Itaque quo ad hoc, vt nul
lum habens titulū verū, adiuuetur præsumpto, ad effectū
istius regulæ, requiritur, qd possideat per tredecim annos
pacificē: decem primi, ad producendū prædictum titulum
præsumptum: & tres alij ad acquirendū exceptionē istius
regulæ. Et talis possessio triennalis, iuncta cum possessio
ne decennali præambula, dat spiritum vitæ illi possessioni
decēnali, vt aliquid operetur: quæ sola nō esset apta pro
ducere titulū aliquem de per se, vt dicit Bar. in l. cum de in

D rem verso. ff. de vsucap. sequitur Fely. in c. cum Bertoldus. in 12. & sequenti col. de re iudic. & notabiliter probat Alex. in consil. 124. super primo. & in 1. & 2. colum. lib. 4.

Et vltra hoc requiritur vnum aliud, quod quando in iudicio per talem possessorem tredecim annorum, excipitur de ista regula: quod probet se per decennium, ante triennium, ab ista regula requisitum, se posse disse, alias non sufficeret. Deinde facta probatione dicti temporis, quod allegatur titulus: sicut dicimus de notorio, quod solum de per se, non releuat ab onere probandi, nisi allegaretur, ex qua allegatione facile iudex instrui potest de notorio iam manifesto, vt in cle. appellanti. de appell. Sic est in decennali possessione, quae in primis requirit probationem: deinde

E requiritur quod ex ea allegetur in iudicio titulus, quem possessor non cogitur aliter probare, nec visibiliter ostendere: quia ex possessione decem annorum probata resultat, & praesumitur titulus, qui cum possessione triennali pacifica, postea sequenti in iudicio probata, defendet possessorem, & in ista possessione tota illa allegatio Lapi fundatur.

Est igitur, vt breuiter concludamus, ista differentia, inter titulum praesumptum, resultat ex dicta possessione 10. annorum, & coloratum titulum, ab ista requisitum: videlicet, quod possessori decennali, post probata suam possessionem, sufficit titulum, quem maluerit, solum allegare, & in iudicio deducere: quia non cogitur illum aliter probare, quia praesumitur, & propterea praesumptus dicitur. Sed

F triennali possessori non sufficit sola allegatio tituli colorati, sed requiritur eius probatio & productio. Et adhuc talis probatio colorati tituli triennalem non iuuat, nisi in possessorio tantum, & non in petitorio, vt tradit Abb. in c. contingit. de dolo, & contum. Et ideo si triennalis possessor ageret ad canonizandum titulum, fauor istius regulae illum non iuuaret, quae solum possessores reos defendit excipientes, non agentes. Nam ad effectum canonizationis tituli, requiritur titulus verus, non coloratus, & quod ille bene iustificetur, vt not. Imol. & alij in c. ex insinuatione. per illum tex. de procur. & in c. 1. de confir. vti. & tex. in l. 1. matrem. C. de probat. Et quando titulus verus est & iustificatus, non indiget actor privilegio istius regulae: quia titulus suus bonus illi privilegium pariter & victoriam tribuit: & hoc

hoc casu cessant rationes finales regulæ.

A

Postremo, ne aliquid remaneat intactum, prædictis obstat unum, videlicet, quod videtur frustratorum tractare de titulo præsumpto ad effectum istius regulæ: ex eo, quia sine auxilio istius regulæ, sola possessio decennalis sufficit ad tuendum possessorem cum titulo suo præsumpto, ut tradit Pet. de Anch. cons. 117. cum vulg. Respondetur quod licet sola decennalis possessio defendere possessorē possit: nunquam tamen multiplicatio fauoris, ac privilegij circa idem, potest dici frustratoria: imò illa reiteratio, siue geminatio, operatur plures effectus, quos solent statuta continetia idē quod ius commune producere. De quibus per Alexan. & alios in l. i. ff. ad leg. Falcid. & in cap. 1. de constit. lib. 6. ubi latissime dixi, super gl. in verb. facti. **Q**uanto magis, quod cessante privilegio istius regulæ, decennalis possessio nunquam auctori imponit silentium, ut facit ista regula? Et ideo auctor contra decennalem, de meliori, anteriori, & valido si titulo contēderet, & admitteretur ad probationes suas. Quod regula ista, favore possessorum, prohibet silentium imponens, & impetrationes quaslibet suspendens, ac lites antiquas super hoc motas extinguēs, ac infinitas alias ut lites inducens, quæ à iure decennali possessori non tribuantur ut clarius ex discursu istius adparatus apparebit.

QVAESTIO VIGESIMASEPTIMA.

QVAER O, quia dictum fuit, quod regula ista requirit saltem coloratum titulum, quis dicatur coloratus titulus?

SOLV TIO. Abb. post Cald. Apto. & Imol. in c. cum nostris. col. fin. de concess. præbend. ponit duas regulas, ad cognoscendum titulum coloratum. Prima est, quia ubicunque defectus non est in conferente, nec inducitur privatio à iure, vel ab homine, talis possessio est colorata, ut est ibi text. Secunda regula est, ubicunque conferens non habet potestatem conferendi, ut puta laicus, vel alienus episcopus, qui conferendo faciunt contra ius, ut in cap. illud. de iurepatro. & in cap. illa. ubi not. d. Anton. ne sede vacan. Tali casu, titulus datus ab istis, non est coloratus: quia titulus datus ab eo, qui non habet potestatem alienandi, habetur pro non titulo, & sic non est coloratus. l. Sulpitius. ff. de dona. inter vir. & vxor. sicut etiam, & illorum, qui sunt ipso iure privati à iure, vel ab homine, ut in

D cap. licet episcopus. & ibi Gemin. de preben. lib. 6 ita concludit ibi Abb. licet corrupte, qui communiter approbatur. Et istius secundę regulę rationem ponit idem Abb. in c. 2. in 3. notabili. de restit. in integr. Quia ille, qui habet a laico, vel ab eo, qui non habet conferendi facultatem, dicitur intrusus: & intrusus non debet habere coloratum titulum, ut late prosequitur Felyn. in capitu. in nostra. in 2. & 36. corrol. de rescript. & sequuntur latius Moder. in tractat. beneficij. in 3. parte, quęst. vñdecima. Et per consequens, tales non defenduntur ab ista regula.

Tamen advertendum est diligenter, circa intellectum istius regulę: quia non omnis, qui non habet titulum coloratum, excluditur a privilegio istius regulę. Nam dupliciter potest considerari coloratus titulus. Primo modo, quo ad effectum istius regulę. Secundo modo, quo ad effectus iuris communis. Quo ad effectum istius regulę, pone istam conclusionem pro firma: quod omnis ille dicitur habere titulum coloratum, qui non excluditur in regula. Ita que soli illi discolorati tituli haberi dicuntur, qui in regula ista excipiuntur. Et licet quo ad effectus iuris communis, multi censeantur non habere titulum coloratum, & per consequens excludantur a beneficio iuris communis: non tamen excluduntur ab auxilio istius regulę: quę cum tantum duos casus excipiat, firmat regulam in non exceptuatis, ut superius in multis casibus visum fuit, & inferius in pluribus alijs quęstionibus dicetur. Dicta igitur Abb. & aliorum in f. d. c. cum in nostris. & in alijs locis in quibus volunt illum non habere titulum coloratum, qui habet ab eo, qui de iure communi est inhabilis, seu incapax, vel privatus, & ideo dare non potest, procedit quo ad effectum iuris communis: sed quo ad effectum regulę, requiritur, quod ille sit inhabilis, secundum prohibitionem regulę.

Ex quibus infertur, quod habens etiam collationem beneficij vacantis in curia ab ordinario, dicitur habere titulum non coloratum, propter decretum ca. 2. de preben. lib. 6. adprobatum hic in regula. Nam si talis titulus in ista regula exciperetur, diceretur, quo ad eius exceptionem acquiritur, coloratus. Sicut dicimus in collatione beneficij litigiosi, quę licet non sit colorata, quo ad effectus iuris communis, propter cap. 2. ut lit. pend. lib. 6. & ea quę dicit

Cald.

Cald. in confi. 13. de verb. fig. Et Rota in not. de restit. spol. A
 decif. 3. & decif. 4. eod. titu. in antiquiori. quæ voluit huius-
 modi titulum habentem, esse intrusum, taliter, quod si spo-
 liaretur, restitui non deberet. Nihilominus quo ad istam re-
 gulam illud non pro cederet, vt inferius in alia quæstione
 dicitur. Prædictæ igitur decisiones de iure cõmuni lo cum
 habebunt, secũdum quod plures alij sunt casus, in quibus
 quis discoloratum titulum habere dicitur: qui non repu-
 tantur tales, quo ad regulam istam. Ex quibus vltra prædi-
 ctos, aliquos exempli gratia enarrare sufficet.

Primus est in eo, qui habet primum curatum, & recipit
 secundum: quia dicitur in primo habere titulum non co-
 loratum, propter decretum capi. de multa. & extrauag.
 execrabilis. de quo dixi superius quæst. 10.

Secundus casus est in eo, qui recipit episcopatum, & di-
 mittit sibi tempora de consecrando, iuxta ca. cum in cun-
 ctis. de elect. quia talis potest dici intrusus, & non habere
 titulum coloratum, vt not. Holtien. & Henric. in cap. nisi.
 de renuntiat. & Ioannes Franc. Pauin. in tract. de offic. &
 potest. cap. se de vacant. in verbo, vacare.

Tertius casus, in collatione facta à vicario generali, quæ
 non est colorata, cum non habeat potestatem conferen-
 di. ca. si. de officio vicarij. in sexto. tenet Lopus in cap. si ti-
 bi absentis. de præbend. lib. 6. Et hoc nisi fuerit adiuuata a
 aliquo, licet modico adminiculo, vt videlicet iuramento
 ipsius vicarij, asserentis potestatem habuisse, vel dicto
 vnius testis, vt dicit Egid. decisio. 10. Et ita hodie 19. De-
 cem. m. d. x x x i x, in vna calaguritan. parochialis de Ga-
 miz, coram R. D. Marco Ant. Marscotto Rota tenuit: vbi
 pro colorato titulo habuit vnionem factam per vicarium
 episcopi, de cuius facultate non constabat, attento quod
 vnus testis de visu deposuit vidisse dictum vicarium vnire,
 & vniones eius habuisse effectum.

Quartus casus est in collatione facta ab ordinario, cui
 erat ab executore inhibutum, propter decretum litera-
 rum, de quo per glo. in cap. si soli. de concess. præbend. lib.
 6. quia talis non dicitur habere titulum coloratum, vt te-
 net Gaspar de Perusio in tract. Reseruat.

Sic etiam, & quinto possessio dicitur discolorata, quan-
 do habens titulum ingreditur possessionem beneficij, præter

Superioris auctoritatem, vt not. Innoc. in cap. bonæ. 2. de post. prælat. & in cap. literis. de re lit. spoliato. etiam si talis cum titulo habeat executoriales canonizatorias tituli, vt tenet stylus Rotæ, de quo meminit Felyn. in cap. ad probandum. in quarta columna, de re iudic. Nam licet de iure possit quis propria auctoritate, cum executorialibus capere possessionem, vt verba executorialium aperte concedunt: tamen stylus Rotæ se habet in contrarium, vt dicit Bellamera in consil. decimo, & quinto dubio. & refert Ioannes Francisc Ripa doctissimus Moder. in repeti. cap. sæpe. numero 69. de re lit. spoliat. & declarat melius Fely. in d. cap. ad probandum. vt latius dixi suprâ in compendio signaturæ.

Et idem dictum fuit in Rota in eo, qui per resignationem causam habuit ab illo, cui beneficium sub conditione resignatum fuerat, si infra sex menses mandatum ad consentiendum produceret. Nam voluit in vna Corduben. corâ Domino Simonetta tertia Iulij. M. D. XXXI. talem non habere titulum coloratum. Et in summa, omnis ille, qui habet collationem ab eo, qui prohibetur ipso facto à iure, vel ab homine, dicitur non habere titulum coloratum: quia tales sunt intrusi. Et quot modis possidentes dicantur intrusi, ponit Felyn. in cap. veniens. de accus. in secundo notabili. Et reassumunt Moder. in tract. elect. quæst. 17.

Et ista omnia, vt dixi, de plano procedunt, loquendo de iure communi. Sed quo ad effectum istius regulæ, aliter est dicendum, videlicet, quod omnis ille dicitur habere coloratum titulum, qui non est exceptus in regula, etiâ si habet collationem ab eo, qui prohibetur conferre à iure, vel ab homine. Duo igitur casus hic in reg. excipiuntur, videlicet, ille qui habet titulum per simoniam, vel de beneficio reseruato, reseruacione in corpore iuris clausa: quia isti duo casus excepti in regula, firmant regulam in contrarium, in casibus non exceptuatis, vulg. l. nam quod liquidè. ff. de penu leg. Et ita iudicauit Rota in quampluribus causis, de quibus in sequentibus quætionibus mentionem faciam.

Et ista quæ dicta fuerunt, quæ tit. dicitur coloratus, quando emanauit ab eo qui disponendi potestatem habet, limitantur non habere locum, quando ille titulus datus ab eo, qui potuit dare, esset contra formam datam: nam tali casu non diceretur colorat

coloratus. ita notabiliter dicit Anto. de But. in. c. de literis. in fi. de concess. prebend. Per cuius dictum Rota in vna Vicentina parochialis de Logares coram me de mense Februario M. D. XL. tenuit, quod Hieronymus de Nigris cui Ambrosius de Oria resignauerat dictam parochialem reseruatam pensione. 50. duc. libera & exempta non dicatur habuisse titulum coloratum ad effectum, vt defendi posset hac regula, ex quo procurator dicti Hieronymi à principio non consensit dictæ pensioni cum dicta clausula, libera & exempta. Nam attento, quod in supplicatione dictæ pensionis fuerat apposta dicta clausula libera & exempta, & papa ita cum illa forma renuntiationem admiserat, & Ambrosius iuxta formam dictæ supplicationis consenserat. si Hieron. illam formam non formauit, dato quod à papa prouisus fuerit, & sic ab illo qui potestatem conferendi habuit: nihilominus Rota iudicauit illum non habuisse titulum coloratum ad effectum, vt cum illo triennio postea possides ista regula iuuaretur per dictum Ant. de But. vbi supra. Et ita ego iudicauit Ambros. restituendam esse parochialem propter modum non seruatum non obstante ista regula.

Et quia illud dictum de casibus exceptis seruiet nobis in multis questionibus super hac regula discutiendis, de quibus latissimè fiet mentio, propterea non amplius insisto.

QUESTIO VIGESIMOCTAUA.

QUÆRO, an electus à capitulo, & confirmatus ab episcopo excommunicato, & publicato dicatur habere coloratum titulum? *Electus à capitulo*

SOLVITIO. Tempore Iulij I. fuit ventilatum hoc dubium in Rota. Et tamen non habeo quid fuerit decissum, & quod non habuerit titulum coloratum cōsuluit tunc Octavianus de Cessa aduocatus apprimè doctus, vt ipse refert lib. 7. informationum suarum. Mouetur per fundamenta illa vulgaria de quibus iam dictum est in præcedentibus questionibus, videlicet, quod ex quo talis episcopus prohibetur à iure propter eius inhabilitatem, vt in cap. quia propter. de concess. prebend. cum vulg. eius confirmatio non dat colorem possidendi: præsertim, quia quando defectus *Defectus quando cau- satur ex* clusus à regula generaliter loquente. arg. glos. in clem. 1. de *satur ex persona a-* seq. poss. & fruct. & ea, quæ not. Bald. in. l. si quis filio. §. si *gente.*

DDD

*Exceptio
de regens
inhabili-
tatem.*

quis. ff. de iniust. rup. Et quod voluit. d. Anto. in cap. licet. de elect. videlicet, quod exceptio detegens inhabilitate agentis, nunquam censetur exclusa: & in hoc genere multum insistit dictus advocatus, ut ibi per eum, quæ ex eo, quia eius dicta non multum astringunt, omitto.

¶ Addit etiam, quod regula ista est exorbitans à iure inducens præscriptionem in beneficiis, sine bono & vero titulo: ergo debet strictius interpretari quatenus quis minus damnum patiatur, quod fiet si actor à bono iure impetrationis suæ non excludatur.

*Cõfirma-
tio.*

Ego etiam pro ista parte addo, dictum Ant. in ca. literas. de concess. præb. ubi vult, quod confirmatio facta ab eo, qui originaliter poterat confirmare, sed est impeditus, non præstat colorem possidendi: & si taliter confirmatus ingre-
rit se administrationi, incurrit pœnam. c. avaritia. de elect. lib. 6. not. glo. in. c. si. eo. titu. Et hoc idem tenet ibi Ioan. de Imol. per ea quæ habentur in. c. licet. & c. fin. de sup. neg. præla. facit cap. illa. ne sede vac. Et ratio istorum potest esse: quia habes beneficium à superiore interdicto vel privato, dicitur intrusus, ut in. c. tanta. de excess. prælat. not. Doct. in. c. cum satis. de offic. archidiacon. Hosti. in cap. in li-
teris. de rest. spol.

Tamen prædictis non obstant, veritas se habet in contrarium, videlicet, quod electus, & cõfirmatus à suspensis vel excommunicatis, licet de iure communi titulum coloratum non dicatur habere, & per consequens non admittetur ad ea, quæ de iure communi electo & cõfirmato ritè & rectè conceduntur. Tamen quoad effectum istius regule, omnis ille dicitur habere titulum coloratum, qui habet ab eo, qui originaliter potest conferre, eligere, & confirmare, licet ex accidenti sint impediti. Ratio istius conclusionis est: quia ista regula tantum excipit duos casus in quibus vult titulum non haberi pro colorato, ut in simoniaco, & in prouiso de beneficio reseruato: Ergo exceptis istis duobus casibus in aliis regula manebit in contrarium firma. vulg. l. nam quod si-
quide. & §. ut autem. in authen. de non alic. col. 1. Et ita Ro-
ta per istam rationem de mense Octobri. m. d. x. i. x. in vna
monasterien. beneficiorum coram domi. Barth. de Spina
iudicauit, quæ voluit per collationem factam ab ordinario
de prima dignitate in collegiata, quæ per regulam. s. supra
eodem,

*Titulus co-
loratus.*

eadem, referuata est cum decreto, & quæ fuit de ar. diquo-
ribus referuacionibus curiæ per Ioã. 22. introductis, vt col-
ligitur ex dictis Feder. de Senis in consil. 112. incip. amice
charissime. tribuere titulum coloratum ad effectum pra-
rogatiuæ istius regule. Et ista decisio cum eius ratione adeo
est magni momenti, quod per eam faeces ardentes omni-
bus communibus opi. imponantur, vt ex prædictis & infra
dicendis apparebit. Nam ex ista decisione primo inferitur,
quod casus quæstionis nostræ non habet dubium.

Inferitur etiã, quod collatio facta per ordinariam de be-
neficio litigioso cõtra ca. 2. vt lit. pen. lib. 6. quodã habet de-
cretum titulum, & possessionem irritans, tribuit titulum
coloratum possessori triennali.

*Collatio
facta per
ord. de be-
nef. liti-
gioso.*

Inferitur & tertio, quod ordinarius cõferens beneficium
contra inhibitionem executoris, & contra omnia decreta
regularum, tribuit titulum coloratum, & secundum hoc de-
creta illa, & geminatæ prohibitiones concordatorum Ger-
maniæ nihil operabuntur.

Inferitur & quarto, quod attenda eadem ratione prouisio
facta per ordinariam in mensibus expectatiuum tribuet ti-
tulum coloratum, & eadẽ acceptatio & prouisio facta in
mensibus ordinariorum tribuet eundem colorem, cum ta-
mẽ Rota iudicauerit tales prouisiones nihil valere propter
decreta irritantia posita in alternatiuis episcoporum & ex-
pectatiuarum, vt refert Felyn. in. c. cum ex officij. in pen. &
fin. col. de rescrip. & d. Pet. Andr. auditor in tracta. leg. lib.

*Prouisio
facta per
ordinariũ.*

3. quæst. 3. vbi plus dicit Rotam tempore suo iudicasse, non
valere prouisionem legati de latere de beneficiis vacanti-
bus in mensibus ordinarij, etiam si postea ordinarius non
conferret, per plures rationes, quas ibi adducit, quas bre-
uitatis causa omitto. Et hoc idem tempore Sixti iudicatum
fuisse in vna Auinionen. præbend. sancti Agricola, refert
quidam Ludouicus Interamne, illorum temporum aduo-
catus in quibusdam suis annotationibus. Quod procedit
etiam si papa faceret gratiam in forma capituli mandati,
prout in vna Narbonens. præbend. coram. d. Ioan. Franc.
tunc auditore fuisse disputado dictum refert Ioan. de Nar-
nia quondam eximius, & antiquus aduocatus in quibusdã
allegationib. suis.

*Prouisio
legati.*

Inferitur & quinto, quod prouisio ordinarij facta de be-
DDD ij

*Provisio
ordinarij
facta de
beneficio.*

beneficio vacante, cuius regressus pertinebat ad alium, de titulo coloratum, non obstantibus, quod regressus habeat decretum speciale appositum illi certo beneficio, quod qualiter procedat, postea in alia quaest. dicitur.

Alia penè infinita inferri possent ex conclusione superior facta, quæ contra communes iuris regulas videntur inducæta, quibus omnibus respondetur quod papa, qui dominus absolutus est beneficiorum, ut in capitulo secundo, de præbend. lib. 6. & clem. 1. ut lit. penden. Et not. Doct. in cap. quæ in ecclesiarum. de const. potest in tali materia contra omnes iuris communes regulas noviter inducere & statuere, ut patet exemplo, quia videmus, quod de iure communi nemo cogi debet ad cõcordiam, ut in §. si. in authen. ut litig. iurent. Et not. Bart. in l. congruit. ff. de officio præsid. & tamen hoc non procedit in papa, in materia beneficiæ, in qua habet plenissimam potestatem, ut dicit Abba. in cap. cum pridem. in ultimo notabili. de pact. sequitur late Felyn. in rubrica de treu. & pace. in 2. colum. Et eodem modo potest reuocare concessionem factam, & tamen papa hoc facere potest, ut in capitulo, nonit. & ibi not. Abb. de iudic. Sic etiam præscriptio cum mala fide nõ procedit, & tamen papa potest contrarium statuere, ut patet in cap. 1. de præscript. prout etiam apparet in publiciana, quæ cum mala fide competit de iure canonico, ut dixi in §. sed iste. instit. de act. vbi alia exempla scripsi. Ergo eodem modo papa potest facere in terminis istius regulæ, quod omnis titulus in beneficialibus sit coloratus, nisi in certis casibus, prout hic, quod factum videtur ex causa legitima, videlicet, propter negligentiam non petentis ius suum infra triennium, ne beneficia sub incerto titulo possideantur. Nec mirum, quia etiam de iure communi in quam plurimis iuris articulis, negligentia grauioribus, ac magis acerbis poenis punitur, quam hic. Ex quibus quædam exempla per viam compendij enarrabo, quæ manifestam lucem dabunt omnibus iuribus de negligentia loquentibus. Simul etiam alia quædam diligentia commoda subnectam, ne vigilantes debita laude ac honore fraudentur.

INCIPIT

INCIPIT EPILOGVS PER QVAM

BREVIS CASVVM NEGLIGENTIAE.

IN primis igitur illud grauisimum negligentiæ incómodum notum est, quòd propter negligentiam non petentium res suas mobiles, vsucapio triennalis introducta fuit, quæ non solum aliquem possessione temporali, vt hic,

vsucapio triennalis introductio fuit.

sed etiam dominum verum, suo iure ac dominio perpetuo priuat, ipsúmque iam serò agètem possessorio & petitorio excludit, vt in. l. x. ff. de vsuc. tradūt omnes in. l. traditionibus. C. de pact. ista enim pœna negligenti res suas propter prædictâ causam perpetuè exclusionis imposita grauisima reputatur, quæ facta comparatione ad illam, quâ hic papa negligentibus imposuit, ista pro nihilo reputabitur. Quia hic possessori triennali per istam regulam, exceptio duntaxat acquirit, nõ ius. Nec illa exceptio est perpetua, tráfiens ad quoscunque, sed morte possessoris extinguitur, & propterea hic impetrationes de beneficiis triennio possessis, non annullantur, sed ad vitam duntaxat possessoris suspenduntur. Per quod datur intelligi, quòd impetrans mortuo triennali possessori, poterit de iure suo experiri. Potuit igitur papa quo ad istum casum hic in negligentis pœnâ itatuere, quòd omnis titulus sit coloratus, nisi in casibus exceptis. In quam quidem pœnâ negligens ipse, propter desidiam & culpam incidere videtur, cui per diligentiam obuiare potuit, vt in cap. loci. 35. distinct. & in ca. negligere. 2. quest. 3. & l. non solum. C. de commer. & merca.

Iudex negligens administratione sua priuatur.

Et sic videmus, q̄ iudex propter negligentiam administratione sua priuatur, & alius loco sui subrogatur: quinimò criminaliter priuari posset, vt de primo est tex. in. l. si quos. C. de offi. præse. prat. orien. de secúdo, in. l. misi opinatores. C. de exact. tribur. lib. 10. & in. l. 2. C. de can. lar. titu. lib. 10.

Tutor etiã propter negligentiam remouetur.

Tutor etiam propter negligentiam remouetur. l. eũ qui. C. de procura. Et eodem modo executor iure suo priuatur, propter negligentiam vnus anni. vt in. c. tua nos. de testam. & in. l. nulli. C. de episc. & clericis. Et in summa omnes desides & negligetes, qui sui immemores sunt officio suo priuantur, vt in. l. penul. in fi. C. de can. lar. lib. 10. prout de abate etiam negligete dicit text. in. c. cum ad monasteriũ. in

Executor iure suo priuatur. Negligentes & desides qui sui immemores sunt.



fin. de stat. mō. Si igitur quis propter negligentiam priuatur obtentis & acquisitis, à fortiori acquirendis, vt in reg. ista.

Et quia materia ista negligentie, in qua principaliter vsu- capio, & ratio istius regulæ fundantur, variis in locis sparsa est, nec simul tota perquirenti occurrit: decreui hic eam quàm breuiter & succinctè, per capita, & enumerationem casuum colligere: quos quidem casus alias iuuenis, in maiori ouo. constitutus curiosissime cumulaui. Et quia negligentia, quæ per istam regulam castigatur, iudicialis est, incipiam à casibus negligentie iudicantium.

Negligentia episcopus.

Primus igitur casus negligentie consideratur in iudice, vt in. d. l. si quos. & l. nisi superius allegatis.

Secundus. Quia propter negligentiam magistratus ius non dicentis, in sui verecundiam recurrendum est ad populum. Casus est secundum Bal. ibi in titulo, si de iuestit. feud. inter dominum & vasallum lis oriatur. §. primo.

Tertius. Quia iudex negligens sepulchrorum violatores vindicare, punitur in. 20. libris auri. l. si quis sepulchrum. C. de sepulc. vi.

Quartus. Quia iudex negligens quominus pacta, & cō- uentiones partium seruentur, facit litem suam. casus notabilis in. l. pen. C. de pact. in. fi.

Quintus. Quia cōtra iudicem negligentem expedire, quod ab eo petitur, est vario modo consultum. secundum quod declarat Bart. not. in. l. fi. C. de variis, & extraor. cognit.

Sextus. Quia propter negligentiam iudicis laici in nō reddendo iustitiā clericis, laici cōueniri possunt coram iudice ecclesiastico. cap. cum sit. & cap. si clericus. de foro comp.

Septimus. Quia propter negligentiam iudicis, qui omisit testes apertè productos examinare, etiā post triennium datum, & etiā nulla facta prouocatione pars poterit petere testes examinari. tex. est notabilis in ca. per tuas. de testib.

Octauus. Processus factus à iudice negligente dare Apostolos, est ipso iure nullus. tex. est in. c. ab eo. de appel. in. 6.

Nouus. Iudex negligens facere iustitiā clerico, est ipso iure excommunicatus. glo. est notabilis in ca. administratores. 7. q. 5. Ioan. Andr. in. cap. si. de excep. lib. 6.

Decimus. Quia iudici negligenti quo ad Deum imputatur delicta non iudicata. cap. sicut inquit. 2. q. 7.

Vndecimus. Quia iudice negligente dare Apostolos sepe petitos,

petitos, habetur perinde ac si expresse fuerint denegati.
text. est in clem. quauis in fin. de appel.

Duodecimus. Qui in officio iudicandi alteri successit, nō
potest nouum opus inchoare, nisi prius ædificia per præde-
cessorem incepta, aut vetusta per illum reparari reparerit,
vel neglecta perficiat. l. fi. C. de ope. pub.

Decimustertius. In pœnam iudicis negligentis ius red-
dere licitū est in ius ipsi dicere. l. nullus. C. de iudi. ibi cum
glo. & melius in. l. nulli. circa fin. C. ne fac. bap. & bon. text.
in. l. nulli iudicum. C. de offic. re. &. prouinc.

xiiii. Iudex negligens vindicare crimen priuati carce-
ris incidit in crimen læsæ maiestatis l. i. C. de priuat. carcer.
Decimusquintus. Eodem modo iudex punitur, si vindica-
re paganos neglexerit. l. i. C. de paga.

Decimussextus. Et pari reprehensione est dignus iudex
negligens resistere, & obuiare clericis negotiantibus, vel
turpia officia exercētibus. cle. i. in fi. de vit. & honest. clericor.

Decimusseptimus. Iudex etiam negligens punire hæreti-
cos, in decem libris auri cōdemnatur, & exstimationis suæ
periculum patitur. l. 2. & l. quicumque, in fi. C. de hæret.

Decimusoctauus. Pariter etiam negligens vindicare stu-
pidores, & monialium corruptores, in quinque libris auri
punitur. §. penult. in auth. de sanct. episc.

Decimusnonus. Iudex requisitus de iustitia, & de expedi-
tione causæ nihil respondens, vt nimium morosus & negli-
gens notatur, c. i. & ibi Bald. de milit. vas. qui contro. est.

Vigesimus. Iudex tenetur ad interesse parti læsæ si negle-
xerit in causis ciuilibus videre, quæ suæ sunt partes, sed non
facit litem suam, sicut quando malè iudicat. l. i. & ibi per
Bart. C. quomodo & quando iudex.

Vigesimusprimus. Laicus negligens facere iustitiam po-
test cogi per ecclesiasticum. c. iudæi. el. 2. de iudæ. & cap.
excommunicatus. cum glo. de hæret.

Vigesimusecundus. Iudex negligens ferre sententiã ad
finem concordandi partes, si propter concordiam partes
lædantur, parti læsæ in foro conscientie ad refectionem
damni tenetur. Ita dixit, d. Card. in clem. sape. in. §. & quia
in. 18. q. de verb. sign.

Vigesimustertius. Iudex qui neglexit per imperitiam fa-
cere id ad quod tenetur, peccat, & parti læsæ tenetur quan-

tum æquum iudici videbitur, distinguendo, vt per Bal. in. l. mancipia. de ser. fug.

Vigesimusquartus. Iudex negligens alere carceratos, male facit. Bar. in. l. nemo carcerem. C. de exact. tribu. lib. 10.

Vigesimusquintus. Qui negligit etiam infra triennium causam diffinire, punitur, & remouetur, secundum distinct. l. properandum. §. si autem vtraque. C. de iudi.

Vigesimusextus. Similiter iudex negligens non facere inuentarium de bonis damnati & confiscati, mulctatur. l. si quis infra. C. de bon. damnat.

Vigesimuseptimus. Iudex negligens exercere officium suum circa miserabiles personas, vel pium actum, etiam tenetur, vt per Bar. in. l. quarta. §. hoc autem iudicium. in. §. oppo. ff. de dam. infect.

Vigesimusoctauus. Iudex negligens pacem violatam vindicare, omne damnū & iniuriam passo resarcire tenetur. §. iudex. in titulo, de pace tenenda. inter sub. in vsb. feud.

Vigesimusnonus. Contra iudices, seu magistratus negligentes tutorum vel curatorum satisfactionem capere, datur actio subsidiaria. §. pen. instit. de satisfat.

Trigesimus. Iudex negligens punire iniuriā illatam scholaribus, punitur acrius. auth. habita. C. ne filius pro patre.

Trigesimusprimus. Iudex ordinarius negligere nō debet exigere rationes nō debitas à religioso suo executore. cle. de testa. Trigesimusecundus. Propter negligentiam iudicis in non confirmando tutorem non impeditur administratio tutori. Bar. not. in. l. quia pater. ff. de confir. tuto.

Trigesimustertius. Iudex negligens seruare iuramentum, quo iurauit in principio officij de non acceptando pecuniam, vel aliud sordidum committere, incidit in crimen publicum, de quo est bonus text. in. l. fin. ad leg. Iul. pec.

Trigesimusquartus. Preses qui negligit castigare iudicem acceptantem indebitas sportulas, punitur simul cum acceptante, & hoc episcopo principi denuntiante. text. est in. §. si. in auth. vt differem. iud. col. 9.

Trigesimusquintus. Iudices negligentes constitutiones principum seruare puniuntur. l. 1. §. si. ff. de fal.

Trigesimusextus. Pari modo negligentes expedire causas, quas poterat expedire, & eas dimittit, successori tenetur. per tex. sing. in. l. 1. §. 2. ff. de magist. conuen. & ibi Bald.

ET ISTA, quæ de negligentia iudicum puniendæ exempli causa posuimus, sufficiant. Nunc negligentia peccata, quæ quemlibet alium contingunt discurremus.

Trigesimusseptimus. Nam in primis in pœnam desidiz inductus est, quod propter negligentiam nõ eligentium electio ad superiorem deuoluatur, vt per glo. in cap. duobus de re script. lib. 6. & in cap. quanquam. de electio. lib. 6.

Trigesimus octauus. Qui neglexit seruum fieri furem, tenetur ex pacto, quod promisit seruum furtum non facere. text. est in l. non impossibile. ff. de pact.

Trigesimus nonus. Eodem modo commentariensis, seu custos carceris propter eius negligentiam punitur. l. commentariensem. C. de custo. & exhibit. reorum. & ibi glo. not. quam vide contra prælatos negligentes, & c.

Quadragesimus. Similiter & medicus, qui incipit medicari alicui etiam gratis, si neglexit curam infirmi, tenetur de leui & leuissima culpa. text. est iuncta glo. no. in. l. idem iuris. in princ. ff. ad leg. Aquil.

Quadragesimus primus. Sic etiam in patrem negligentem vindicare iniuriam factam filio transfertur executio & actio. l. sed si vnus. §. interdum. ff. de iniuriis.

Quadragesimus secundus. Et hoc idem statutum est procuratore patris negligente prosequi iniuriam filij. Nam exercitium cõpetit filiofam, l. sed si vnus. §. procurator. ff. de iniur.

Quadragesimus tertius. Sic etiã negligentia hæredis nocet fidei commissario, & currit præscriptio. text. est in l. si hæres. l. 2. §. fin. cum glo. ff. ad Trebel.

Quadragesimus quartus. Et negligentia scribe, seu notarij punitur. text. notabilis & singularis in. l. si. C. de mag. cõuen.

Quadragesimus quintus. Negligentia etiam inducit consensum ad illud quod fit, vt habes glo. in. c. 1. de offic. deleg.

Quadragesimus sextus. Et per negligentiam perditur possessio, iuxta no. per Bar. in. l. si de eo. ff. de acquirend. pos. & Abb. in cap. contingit. de dolo & contum.

Quadragesimus septimus. Clericus etiam qui negligit agros ecclesie, vel eius vtilitatem non curat, potest remoueri ab ecclesia. glo. est notabilis in cap. sepe. 12. q. 2.

Quadragesimus octauus. Pari modo negligentia prælati nocet successoribus in præscrip. successoria, vt per glo. not. in. c. 2. de præscript.

Quadragesimusnonus. Etiam serui coloni, vel procuratores negligenter rem domini curantes puniuntur. text. sing. in. l. si. in princ. C. de acquir. pos.

Quinquagesimus. Punitur etiam qui negligenter in stipulam ignem immitens gratia cōburendi eam, & ob eius vecordiam aliorum agros igni depopulatus est, vt est text. not. in. l. qui occidit. §. penult. ff. ad leg. Aquil.

Quinquagesimusprimus. Si ob negligentiam curantium non lethalter vulneratum, vulneratus moritur, vulnerans non tenetur de occiso, sed tantum de vulnere, vt est casus in dicta. l. qui occidit. §. fin. ff. ad leg. Aquil.

Quinquagesimussecundus. Sic etiam si propter creditoris negligentiam res pignolata deterior facta est, negligens punitur. l. quē admodū. §. magistratus. ff. ad legem Aquil. quod not. contra Hebræos pignora ab scholaribus capientes.

Quinquagesimustercius. Eodem modo negligens in non eligendis bonis ministris punitur. in. l. si seruum. §. seruum, & §. fornicarius. ff. ad leg. Aquil.

Quinquagesimusquartus. Et colonus negligens infra vel ante tempus rem locatam cōminui, condemnatur ad pensionem totius temporis, l. dominus horreorum. §. fin. ff. locat. Iaf. in. l. diem. col. 8. ff. de offic. assessor.

Quinquagesimusquintus. Sic etiā ignorantia facti crassa, quę negligentia equipollet, aliquē nō excusat. l. regula iuris. in. §. sed facti. ff. de iur. & facti ignor. & cap. 2. de cōst. lib. 6.

Quinquagesimusextus. Negligentia etiam tutoris in reb. pupilli punitur. l. tutor qui rectorium. §. competit. ff. de admin. tuto. Quinquagesimusseptimus. Pari etiā modo punitur tutor, qui neglexit vendere frumentū vetus ante nouum. vt Bart. in. l. 1. C. de condit. in public. horreis. lib. 1.

Quinquagesimusoctauus. Præterea si tutor neglexit singulis annis cogere affectus, siue sensus, tenetur pupillo. l. 1. in princ. & ibi Bart. C. de debit. ciuit. lib. 11.

Quinquagesimusnonus. Tenetur etiam tutor de suo, qui neglexit post Cal. Nouēb. dare vinū nouū ad bibēdū familiæ, secūdū Bar. i. l. iubem⁹. l. 1. C. de erog. milit. anno. lib. 11.

Sexagesimus. Et negligentia custodiēris furiosum, qui alteri dānū vel iniuriā intulit, punitur. in. l. diuus. ff. de of. praes.

Sexagesimusprimus. Item negligentia nō exigētis vestigal, punitur. in. §. volum⁹. in auth. vt iud. sine quoquo suffr.

Sexagesi-

Sexagesimussecundus. Similiter negligentia mariti non nocens fundum datum in dotem ab eo, qui præscribit pupillo casus est notabilis in. l. si fundum. ff. de fund. dota.

lxxvii. Eodem modo negligentia mariti in nõ exigendo locum à debitore, qui postea factus est, nõ secundo punitur, sed sibi imputatur. bonus tex. in. l. extraneas. ff. de iure dot.

lxxviii. Est etiam notandus casus illius negligentis, qui cum vitiosus sit, neglexit tamen à sua familiaritate eos expellere, qui ipsum malefacti inculpabant. Nam in poenam negligentia inducitur, quod non possit eos repellere ab accusando etiam sub prætextu criminis, quod fortè pateatur, ex quo antea à se separare neglexit, vt est text. in cap. nulli. de accusat.

lxxv. Tanta etiam est vis negligentia, vt acquisita per filium familias potius acquisita ex profectitiis, quàm ex aduentitiis bonis præsumantur, vt est gl'of. notabilis. in. l. cum oportet. in princ. C. de bonis quæ liber.

lxxvi. Creditores etiam suæ negligentia pensum ferre debeant, si negligentes fuerunt in exigendo ab hærede, qui postmodum vel se abstinuit, vel factus est non soluendo. text. est not. in. l. pupillus. ff. de his quæ in fraud. cred.

lxxvii. Negligentia etiam illius notatur, qui cum literas alterius damnosas acceptasset, tacuit, nec contradixit. Nam per hoc videtur consentire. casus singularis in lege, filiusfamil. ff. ad Maced.

lxxviii. Etiam maritus negligens in non curanda vxore perdit lucrum dotis si perit. gl'of. est notabilis in. l. ab hoilibus. §. si vir. ff. sol. matr.

lxxix. Sic & negligentia succedentiũ pupillo in non petendo ipsi tutorem priuat eos successione ipsius decedentis infra pupillarem ætatem. l. sciant cuncti. C. de leg. hæred.

lxxx. Et negligentia hæredis non vindicantis eadem defuncti priuat ipsum eius hæreditate lege prima. C. de his quibus vt indig.

lxxxi. Et similiter negligentia hæredis in non parendo voluntati defuncti, priuat ipsum cõmodo testamenti. auth. hoc amplius. C. de fideicom.

lxxxii. Pari modo negligentia hæredis non conficiendis inuentarium, facit eum teneri in solidum creditori. l. fia. C. de iure delib.

LXXXIX. Et eodem modo negligentia omiffi inuentarij reddit tutores fufpectos. l. 3. §. tutores qui repertorium. ff. de fufp. tuto. & .l. fin. C. arbitr. tutelæ.

LXXXII. Negligentia etiã venditoris domus ante traditionem omittentis interponere ftipulationem damni infecti, fuo damno cedit. l. venditor domus. ff. de aft. emp.

LXXXV. Defidia etiam, & ecclefiasticorũ negligentia circa officia diuina, ad quæ funt mâcipati, reddit eos indignos immunitati omnium munerum illis ob eam caufam concessã. text. est nota. in. l. generaliter. C. de episcop. & cler. canonizatus. 16. quæst. 1. quod est contra vagos fcholares notandum.

LXXXVI. Filius etiam hæres institutus negligens ægrotãtem patrem, vel eum ab hostibus redimere priuatur fuffeífione. casus est notabilis in. §. si quis de prædictis. in auth. vt cum de appellatione cog.

LXXXVII. Et fcholaris negligẽs nõquã efficietur magister vt dicit glo. iuncto tex. not. in auth. de quæftore. §. porro.

LXXXVIII. Et ad propulſandam negligentã tempus exceptionis non numeratã dotis est abbreviãdum. in auth. de tempore non solutã dotis. col. 7. in princ.

LXXXIX. Item etiam, qui neglexit appellationi deferre, se appellationis beneficio indignum facit. bonus tex. in. c. cõfit. de appel.

LXXXX. Dominus qui neglexit feruũ suum ægrotũ, priuatur dominio ipfius. tex. est in. l. 1. §. & scimº. C. de lat. li. tol.

LXXXXI. Hæredes etiam violatores pacis negligentes iuris rigorem feruare diuidendo fecum hæreditatẽ, qua fuerint priuati, puniuntur, vt ab ipfis tota hæreditas abdicetur. c. si quis hominem. in titu. de pace. tenen. & eius violato.

LXXXXII. Sic vfufuctuarius negligens in ſubmittẽdo alia capita animalium, in locum demortuorũ proprietario tenetur. l. quid ergo. ff. de vfufuct.

LXXXXIII. Etiam feruitus vrbana nõ vtendo amititur, quando vicinus negligit libertatem vfucapere. tex. est not. in. l. hæc iura. ff. de feruit. vrb. prædio.

LXXXXIV. Socius tamẽ qui negligẽter aliqua in ſocietate egit, non cõpensat, ſi in plerifque aliis ſocietatem auget. bonus tex. in. l. non ob eam. cum. l. ſeq. ff. pro ſocio.

LXXXXV. Et ſociorum etiam negligentia conſideratur in l. ſocius

EPIL
 ſocius ſoci
 LXXXVI.
 corũ apud q
 negligentia ca
 LXXXVI
 ſocius tamen
 mas. l. 1. §. q
 bonẽ. ff. de
 LXXXVI
 ſocius negl
 ſocietatem
 LXXXIX
 ne vi occup
 xc. Negl
 ſocius quod er
 tum induc
 in. l. ſi. ff. de
 xc. i. Præ
 per bienniu
 bar. in. l. ſi
 xc. i. Itẽ
 negligentia
 neur. vt pe
 talis denu
 xc. i. l. l.
 ſocius præla
 cap. placu
 xc. i. l. l.
 aliquid pe
 epifcopo
 lig. & ſum
 xc. v. Q
 in ſordelc
 xc. v. l. l.
 bus ſe im
 pit. ſed ne
 xc. v. l. l.
 cui nuber
 xc. v. l. l.
 puniuntur

locius socio. ff. pro socio.

LXXXVI. Fortuita etiam incendia, quæ per negligentiam ortu apud quos orta sunt, non fuerunt extincta, damno negligentia cadunt. l. capitulum. §. incendiarij. ff. de pœnit. l. xxxvi. Et licet edictu prætoris manifestissimum sit, illius tamen interpretationem nunquam negligere debemus. l. i. §. quauis. ff. de vetre insp. facit tex. in. l. apud Leon. ff. de iniu. §. hoc edicto.

LXXXVII. Item tribus edictis citatus, si sui præsentiam facere neglexerit, personaliter capi poterit. tex. est in. l. cōsentaneum. C. quomodo & quando iud.

LXXXIX. Et possessio vacans ex negligentia domini, sine vi occupari non potest. l. fundum. §. fundi. ff. de vsucap.

XC. Negligentia etiam vnius anni in non reparando illud quod erat mihi quaesitum per occupationem, de iuregentium inducit priuationem iuris. casum & exemplū habes in. l. si. ff. de vsucap. & ibi not.

XCI. Præterea ius ingrediendi tenutā ex decreto iudicis per biennium negligendo intrare, tollitur. Ita singulariter Bart. in. l. si finita. §. si quis metu. in fin. ff. de damn. infect.

XCI. Item qui tenetur denunciare maleficia, si per eius negligentiam fuit preuentus ab iniuriato, denunciando puniatur. vt per Bart. in. l. vltim. col. diuus. vers. quæro quid si talis denunciatur. ff. de cust. reorum.

XCI. Præterea ecclesia læsa ex negligentia prælati ipsius prælatū negligentem conuenire potest. glo. est not. in cap. placuit. in ver. pertineat. 16. q. 3.

XCI. Rursus negligentibus illis, qui in ludo & alea aliquid perdidit, repetere deperdita, eorum repetitio episcopo conceditur, vt in constit. alearum vsus. C. de relig. & sumptib. fun.

XCV. Qui parū etiā diligēs fuit in seruadis sacris, ad eod q̄ infordecant, à iure damnatur, vt in. c. si. de custo. sacram.

XCV. Et qui officium clericale negligit, & sæculi fluctibus se immergit, ab ecclesiastico ministerio fit alienus. capit. sed neq; procuraciones. ne clerici vel monac.

XCVI. Mulier etiā negligens iusuradi religionē de aliqui nubendo, dānatur à papa. in cap. requisit de sponsal.

XCVII. Similiter negligentes parere iudici delegato puniuntur. c. de causis. de offi. deleg.

x c i x. Et qui conscientię cōfidit, & famam suā negligit, crudelis est. cap. nolo. 2. q. 1.

c. Pari modo qui in termino à iudice sibi assignato ius suum negligit deducere, amplius non auditur. l. diffamari. C. de ingenu. & manum.

c. 2. Negligentia annalis illius qui habebat reuocationē feudi in aliū translati sibi præiudicat. tex. singularis in cap. Titius. in ti. si de feu. fuer. con. inter. dom. & agnat. per quē ita limitatur singulare dictum Bart. in. l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quot. & aestual.

c. 11. Item si canonici, qui de certo canonicorum numero indulgentiā habebant, ipsam seruare neglexerunt, nō possunt postea superiori opponere, si alium canonicum supra numerum addidit. cap. pro illorum. vbi bonus tex. de præb.

c. 111. Dominus requisitus ab ecclesia, vt terram suam ab hæreticis purget, si per annum negligens est, terra ipsa catholicis occupanda cōceditur, vt in auth. si verò dominus. C. de hæreti.

c. 1111. Damnum si mihi tua negligentia datum, mihi satisficere teneris. cap. fin. de iniur. & dam. dat.

c. v. Parentes ob quorum negligentiam filij in cunis oppressi fuerunt, grauius puniuntur. cap. quæritur. de penit. & remiss. & cap. consuluiti. 2. q. 1.

c. v. 1. Dissoluta etiā negligentia fideiussores, suo, & nō debitoris dāno cedit. l. si fideiussores. in pñ. in. 1. respō. ff. mādāt.

c. vi. Et si arbor ex negligentia incidens in cidentium transeuntē oppresserit, incidens eam punitur, vt in cap. saxe. l. dist. de quo in. l. sicut arbor. ff. de leg. Aquil.

c. vii. Qui iuratoriā cautionē à se pstitā negligit seruare vt piurus punitur. tex. bonus. in. l. quorics. C. de dig. lib. 11.

c. 1 x. Milites negligētes honestatē circa rusticos seruare, & ipsos spoliātes mulētātur, & infamiz pœna afficiuntur. l. nō patiuntur. C. de cursu publ. lib. 12. quē tex. ad vnū aliud notabis, videlicet, q̄ rusticus dicitur miserabilis persona.

c. x. Missus in possessionem bonorum alicuius non debet esse negligens, sed vtiliter agere, aliās sibi noceret. l. in re. ditione. ff. de bon. auth. iud. possid.

c. xi. Executor literatum nō potest se impedire de beneficio, cuius collatio deuoluta est ad capitulū, propter negligentiam episcopi. cle. si de beneficio. de præb.

c xii. Negligens etiam honorem & reuerentiã scholaribus seruare, acri^o punitur auct. habita. C. ne filius pro patr.

c xiii. Electores etiã qui infra octo dies post electionẽ factã negligunt electionẽ ipsam electo præsentare puniuntur pena, de qua in cap. cupientes. §. caterũ. de elect. in. 6.

c xiiii. Curatores reipub. si negligẽter in bonis distrahẽdis se gesserint, puniuntur in simplum text. est in. l. fin. §. idem scripserunt. ff. de administr. rer. ad ciuit. pertin.

c xv. Et negligentia hæredis non eligentis vnum ex pluribus legatariis ex voluntate testatoris, facit quod omnes admittantur ad legatum. text. est not. in. l. si quis Titio. in fi. in. l. cum quidam. l. 2. ff. de leg. 2.

c xvi. Utensilia videntes & negotiantes, licet ob eã causam verberibus cæsi sunt, non tamen propter hoc quasi viles negligere debemus. Ino ad honorem & dignitatẽ promoueri possunt. l. eos. ff. de curio. vbi text. probat vnum aliud, quod propter raritatem honorum minus digni assumi debent ad officia.

c xvii. Et ille q ad diẽ cõmeatus venire negligit, pdit salutiũ, & vt defertor punitur. l. 3. ad diẽ cõ gl. ff. de re milit.

c xviii. Abbas negligẽs corrigere monachos, punitur. c. si. de stat. monac. & cle. 1. in fin. de vita. & honest. cler.

c xix. Negligens post denuntiationẽ factã à vicario tollere arborem, quã in ades vicinas pender, perdit eam, & vicinus auctoritate propria poterit arbore asportare, vt ponit Bart. in. l. 1. ff. de arb. cæden.

c xx. Propter negligentiam eorum qui debẽt petere tutores, & non petunt, creditores possunt accedere ad iudicẽ vt cõstituat tutorem, contra quem legitime agere possint. l. diuus. ff. qui tut. pet.

c xxi. Si cõtinuã infra annũ cõparãs: cautionẽ de iudicio sibi offerre neglexerit, actor post annũ cõstituitur vel^o possessor. c. quoniam frequenter. §. & in aliis. vt lit. non contest.

c xxii. Negligẽs infra terminũ iuris, vel hois apostolos appellatiõis petere, illis renuntiasse videtur. cle. quãuis in princ. de appell. c. xxiii. Negligẽs etiã vicino opẽ petẽti pro repellẽda iniuria auxiliũ præstare, fauorem iniurianti præstare videtur. cap. dilecto. de sentent. ex com. lib. 6.

c xxiiii. Plus iusto oneratus si per negligentiam per lubricũ transiens & labẽs alicui damnum intulit, Aquilia te-

netur. l. qua actione. §. 1. ff. ad. l. Aquil.

CXXV. Gratia de aliquo beneficio vacaturo extinguitur per negligentiam non petendo præbendam primam vacatam. bonus tex. in. cap. si clericus de præbend. in. 6.

CXXVI. Appellatione deserta per negligentiam licet partes prosequantur appellationem: tamen propter hoc sententia non desit transisse in rem iudicatam, tex. est in clem. si appellationem. de appel.

CXXVII. Maritus negligens vendicare mortem uxoris, dotem amittit, & fisco applicatur. l. cum mortem. ff. de iure fisci.

CXXVIII. Negligente eo infra tempus ad quem spectabat electio eligere unam de pluribus præbendis vacantibus electio deuoluitur ad alium, qui secundo loco poterat eligere. tex. in. c. si pluribus de præb. in. 6.

CXXIX. Qui arbitrium suscipit, illud negligere non potest, sed laudem ferre cogitur. l. 3. §. 1. ff. de arbi.

CXXX. Si quis propter negligentiam non plenè probauit in poenâ iuramentum, in supplementum plenæ probationis sibi non desertur. Ita mirabiliter dixit Bal. in cap. fin. de iureiur.

CXXXI. Item ecclesia, quæ per negligentiam infra quadriennium in integrum restitutionem non petit, aduersus læsiones amplius eam petere non potest. text. est in cap. 1. & cap. 2. de rest. in integ. libr. sexto sicut in minore dicitur in. l. fin. C. de temp. in integ. rest. per.

CXXXII. Ille qui est negligens in moderanda & gubernanda familia sua, in episcopum promoueri non potest, quia qui negligens est in minimis multo magis in maioribus: ubi maior cura exigitur, præsumi debet bonus text. in cap. sicut hi. circa medium. 47. distin. Et econtrâ, qui negligens est in maioribus, præsumitur in minimis negligens, vt infra numero. 160.

CXXXIII. Negligens dominus non corrigendo seruum suum, vel ascriptitium, qui liberè mulieri nupsit, punitur. in l. 1. in fin. C. de senatu consul. Claud.

CXXXIII. Tutor negligens contutorè suum iâ suspectum accusare, cõuenitur in totum. l. qui plures. ff. de administ. tut.

CXXXV. Maritus qui uxoris negotia gerebat, si negligens fuit in nõ exigendo, quæ uxori debebantur, tenetur actione negotiorum gestorum. l. diuortio. ff. de neg. gest.

CXXXVI. Si hereditas euicta est ab hærede propter suam negligentiam

negligentiā, stipulatio de restituēdo legato nō cōmittitur. bo A
 A
 us. text. est in l. §. legatarius. ff. si cui plusquam per l. Falc.
 cxxxvii. Negligente tutore administrare negotia pu-
 pilli, & præstare illi alimenta, curator decreto iudicis ad
 hoc constituitur, vel tutor remouetur, vel quod iudici vide
 licet. l. fin. ff. vbi pupilli educ. debent.

cxxxviii. Si causæ defensionē emptor neglexerit cō-
 trariē ditorē, nō datur actio de euictio. l. si i deo. ff. de euict.

cxxxix. Propter hæredis negligentiam non defenden-
 tis testamentum in officio sum, sententia lata non præiudi-
 cat legatariis. l. qui repudiantis. in fi. ff. de inoffic. testa.

cxl. Negligentia in superiore est peccatum mortale.
 glo. in cap. ea quæ. de offic. archidiacon.

cxli. Propter negligentiam eius, cui à testatore optio B
 data est eligendi vnum ex seruis infra annum, optio transf-
 fertur in legatarium. l. fin. §. sed si quis. C. cōmunia de leg.

cxlii. Negligentia in rebus alienis non excusatur ex
 negligentia in rebus propriis pariter commissis. optimus
 text. in l. si constante. §. si maritus. ff. solu. matrimo.

cxliii. Negligēs in nō vtēdo rescripto infra annū, am-
 plius eo se iuuare nō potest. c. plerūq;. & ibi Doct. de resc.

cxliiii. Negligentia prælati in non soluendo cano-
 nem pro feudo, nocet ecclesiæ in vita sua. cap. i. §. fin. de
 cap. Conrad. in vsib. seu.

cxlv. Negligentia specialis procuratoris fisci, nocet
 etiā generali, facta prius discussione specialis. l. quoniam
 Augerio. C. de conuenien. fisci debit. lib. io. C

cxlvi. Negligentia mandatarij nocet etiam mandan-
 ti, qui ad illud tenetur. text. bonus in l. si procuratorem. §.
 tutores. ff. mandati.

cxlvii. Ille etiam, qui ad regimē parochialis ecclesiæ
 adsumptus est, si infra annum ad sacerdotiū se promoueri
 neglexerit, ipsa ecclesia priuatus est, text. sunt vulgares in c.
 licet. & in c. commissa. & in cap. statutum. de electio. lib. 6.

cxlviii. Negligens petere bonorum possessionem
 intra centum dies, facit locum sequentibus in gradu. l. i. §.
 decretalis. & §. quid dicimus. ff. de succes. edict.

cxlix. Quia priuilegium tollitur propter negligen-
 tiam decem annorum. l. i. ff. de nundinis. glo. in ca. sugge-
 stam. de deci. in glo. i.

EEE

D c l. Negligens in non soluen dis decimis excommuni-
catur.c.non est.de deci.

c l i. Si aliquis propter negligentiam alicuius moriatur
sine confessione,negligens reus est animæ illius.cap.offi-
cium.de offic.archipreb.

c l i i. Cui mandantur duo, si in vno est negligens, præ-
sumitur fore negligens & in alio. vt glo. vlti. in fin. in cap. si
capitulo. de concef. præbend. lib. 6.

c l i i i. Electores Imperatoris si negligentes fuerunt in
ipsum eligendo, electio deuoluitur ad Papam. cap. apollo-
lica. de re iudic. lib. 6. in glo. vlti.

c l i i i i. Si mortui propter negligentiam clericorū inuo-
luti fuerint vestimētis sacris, puniuntur. c. nemo. de cōf. di. i.

E c l v. Negligentibus à iure non succurritur. l. non enim,
ff. ex quib. caul. ma.

c l v i. Et propter negligentiam potest quis priuari be-
neficio. glo. in c. i. de offic. custo. glo. in c. ea quæ. de offic.
arch. glo. 2. q. 3. placuit. glo. in c. dictum. 81. distin.

c l v i i. Et si propter negligentiam tutorum debitores
non sunt exacti, si fiant postmodum non soluēdo, iudicio
tutela tenentur. l. 2. C. arbit. tutel.

c l v i i i. Si feudatarius, negligente domino per annum
fuit in possessione feudi, iurando solum se inuestitum, præ-
iudicat domino. bonus text. in §. fin. in titulo, si de inuest.
feud. inter dominum & vasal lum lis oriatur.

F c l i x. Negligentes in non acquirendo sibi præiudicat
in casibus not. per gloss. in l. 2. in §. non tantum. ff. de here.
vel act. vendita. in verbo, postquam adipisci.

c l x. Negligens in maiori, præsumitur in minori fore
negligens. Bart. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. in
3. col. ff. ex quibus causis maiores.

c l x i. Si testis non fuit interrogatus per negligentiam
iudicis de causa sciētici, cū pars fecisset interrogatoria, talis
testis nō probat. dictū est Io. And. in ca. cū causam. de test.
refert Lud. Ro. & quidā Moder. in l. i. ff. de operis no. nun.

c l x i i. Si iudex, qui debebat de pluribus interrogare,
per negligentiam de vno interrogare omisit, actus nihil
valet. c. presentium. de testib. lib. 6. iuncta. l. cum hi. §. præ-
tor ait. ff. de transf.

c l x i i i. Si negligentia hæredis legat⁹ seru⁹ nō adparet, sibi
erit

erit dānū, & nō legatarij. tex. in l. cū hāres. ad fi. ff. de leg. i. A

CLXIII. Ille qui per annum fuit negligens in non petendo emendationem aestimi sui, seu catastro sui, amplius non auditur. Ita dixit Bart. in l. forma. in fi. ff. de censibus.

CLXV. Qui propter fauorem, receptionē, defensionēve hereticis praestitam, excommunicatus fuit, si infra annum absolutionem, vel satisfactionē petere negligat, amplius non auditur, & infamis perpetuō efficitur. auth. credentes. C. de haeret.

CLXVI. Qui per annum stetit in excommunicatione, quem incurrit propter aliquod crimen, potest priuari beneficiis, si infra illud tempus neglexit absolui. n. q. 3. c. rursum. & c. quicumque. de quib. iurib. mentionem feci supra in proemio regulae, de annali. quod intellige, & limita non procedere, si propter ciuilem causam fuisset excommunicatus. gl. sing. in c. contingit. de dolo & contu. in gl. 2. B

CLXVII. Negligēs discordes ad concordiam reducere, peccat venialiter. bo. tex. in §. aliās ea demum. 34. dist.

CLXVIII. Sponsus qui accipit fundum causa nuptiarum, eis non sequutis tenetur de fructibus percipiendis in restitutione fundi, si negligenter fundum curauit. l. videmus. in princip. ff. de usufruc. iuncta glo.

CLXIX. In dolo est ille, qui negligit illud ad quod ex natura actionis tenetur. bo. text. in l. dolus. ff. mand.

CLXX. Dominus feudi negligens ius reddere vasallo in satisfactione priuatur, & illa deuoluitur ad ordinarium. glo. est in cap. ceterum. de iudic. C

CLXXI. Infeudatus si per annum negligit inuestiri à domino, redit feudum ad dominum. text. est in cap. 1. §. praeterea. de prohib. alienat. feud. per Fed.

CLXXII. Negligēs ex praeterito, praesumitur negligēs in futurū. c. scribā. de praesumpt. vbi q. negligens fuit in studēdo ius ciuile praesumitur q. erit negligēs in studēdo ius cano.

CLXXIII. Si pars est negligens in petenda dilatione ad producendum testes, iudex poterit illi terminum ad producendum eos praefigere, dato, quod non petat. Ita notabiliter Bart. per illum text. in l. i. C. de dila.

CLXXIII. Negligētia haeredis non redimētis pignus à creditore, in omni casu sibi nocet, si postmodū pignus redatur: quia legatarij habent regressum cōtra ipsum. glo.

D est notabilis, & ibi Bart. in l. qui solidum. §. fin. ff. de leg. 2.
 c l x x v. Delegatus per negligentiam perdit iurisdictionem, & transfertur ad ordinarium. ca. significavit. de offic. ord. gl. in c. ex transmissa. de for. comp.

c l x x v i. Negligentia creditoris in non exigendo debitorem, dum erat soluendo, nocet sibi, & non fideiussoribus datis in id, quod ab ipso seruari non poterit. casus est valde notabilis in l. si fideiuss. ff. de fideiuss.

c l x x v i i. Mandatarius, qui debebat aliquid emere, si negligit, tenetur. tex. est in l. si patre. §. sed et si. ff. mandati.

c l x x v i i i. Si tutor per plura tempora negligit facere inuentariū, & postea fecerit, potest ut suspectus remoueri. vide omnino Bart. in l. tutor qui repertorium, in prin. in l.

E col. in vers. sed quare si neglexit. ff. de administra. tuto.

c l x x i x. Negligentia praelati non concordantis partes discordantes, inducit peccatum mortale. glo. sing. in §. causas alias. §. ea demum. 15. dist. in verb. neglexerit.

c l x x x. Custos negligēs priuatur offi. suo. c. 1. de offi. cust. c l x x x i. Ille qui præscribit iurisdictionē cōtra aliquē, si fuerit negligens in illa exercenda, iurisdictione defertur illi contra quem præscribit. c. irrefragabili. in princ. de offi. or.

c l x x x i i. Prælatus negligēs in reparādo ecclesiā, puniatur tanquam dilapidator. Io. de Ligan. in extr. execrabilis.

c l x x x i i i. Vassallus negligens priuatur feudo. Calde. in titu. de feud. consilio 6.

c l x x x i i i i. Emphyteota negligēs circa meliorationē **F** nō obstan. pacto in cōtrariū, potest eiici, & priuari emphyteosi. Spec. in titu. de locato. in §. nunc aliqua. in vers. 89.

c l x x x v. Testis negligens in reddenda ratione sui dicti, quam tenebatur reddere, tenetur parti læsæ ad interesse. Butrius in cap. causam. de testam.

c l x x x v i. Episcopus negligens in purgādo diocesim suam hæreticis, potest deponi. per text. in ca. excommunicamus. in fi. de hæ.

c l x x x v i i. Ille qui neglexit sibi cauere de damno infecto, nō potest etiā facere, quod ruderā, & diruta, & lapides contra acta ruina moueantur. l. euenit. ff. de dam. infect.

c l x x x v i i i. Alium casum negligentia ponit Bald. in cap. si. col. fin. de elect. vbi refert quoddam Roberti regis Siciliae dictum aureis literis in porta camerae illius scriptu.

& Barb. in cap. eum M. in 6. colum. de constitu. **A**

cxlix. Si quis propter negligentiam deferuit facti appellacione ab iniqua sententia, iudex non venit condonandus, nisi ad expensas, non autem ad totale interesse: ubi alias si non appellasset, fuisset condemnatus. hoc posuit notab. Bart. in sua disput. in cip. iudex per imperitiam. in vltimis verbis.

cx. Si res mihi data tradatur pignori creditori, quae postmodum auocatur a donatario propter non factam insinuationem, si per negligentiam creditoris non sit insinuata, pignus in illa re non durat, ubi alias duraret cessante negligentia. ita notabiliter Bar. in l. si res. ff. quib. mo. pig. vel hypot. solui.

cxci. Negligente episcopo executionem vltimam voluntatis, auditur quilibet de populo. text. est in §. fin autem lorum. in authen. de eccles. tit. & Barto. in l. nec quicquam. **B**
§. fin. ff. de offic. pro consul. & leg.

cxcii. Negligente capitulo capitularis potestas refertur in vno solo diligente. vt in c. cum olim. de testa.

cxliii. Licet extra territorium iudex non possit citare. si ff. de iur. om. iudic. tamen si iudex illius territorij ad requisitionem alterius negligit citare reum, tunc ille iudex extra suum territorium poterit citare. ita singulariter Bar. in extrana. ad reprimendum. in verbo, per edictum. sequitur Fran. de Aretio in cõsi. 58. incip. consideratis omnib. diligenter. in §. col. d. Ias. in d. l. si. pro quo bene facit quod dicit idem Bar. in l. i. C. de summa trinit. in ii. col. in 18. q. ubi omnino vide.

cxliiii. Si eligentes arbitratorem super aliquo contractu, infra tempus itatum negligunt notificare vel certificare arbitrationem, dicuntur ab eius arbitrio recessisse. Bar. in l. si quis arbitrato. ff. de verbo. obli. in vlti. colum.

cxlv. Si emptor, quando est datum tempus ad mensurandum vinum, si post denuntiationem sibi factam negligens in mensurando fuerit, venditor potest vinum effundere. text. est bonus in l. i. §. licet. ff. de pericul. & commod. rei vend.

cxlvi. Rectores piorum locorum negligentes administrationem & curam, excommunicantur ipso iure. text. est in clem. quia contingit. de relig. domi. in princi. & post princip.

cxlvii. Habentes ius presentandi, si presentato infra terminum statutum a diocesano portionem congruam proventuum assignare neglexerint, assignatio deuoluitur ad diocesanos. clem. i. de iurepat.

D cxcviii. Diocesani non se impediunt de iurisdictione minorum praelatorum, nisi ipsis negligentibus. l. §. ne igitur. cum gl. in verbo, negligentiam. de celeb. miss.

cxcix. Si sanguis Christi per negligentiam decidat in terram, debet eum sacerdos lingua lambere, & quatuor diebus debet pœnitentiam agere. cap. si per negligentiam. de consecra. distinctione 2.

cc. Si per negligentiam aduocati lis differtur ultra triennium, aduocatus punitur in duab. lib. auri. l. propterandum. §. illo proculdubio. C. de iudic.

cc i. Si accusator infra tempus statutum accusationem propositam prosequi neglexerit, grauissimè mulctatur. l. i. C. vt intra cert. temp.

cc ii. Vxor, quæ defuncti memoriam negligit secundo nubendo, negligentique tutelam filiorum susceptam, grauiter punitur. vt in §. sui autem tutelam. in aut. de nupt.

cc iii. Debitor ex pluribus causis negligens exprime, quando soluit simpliciter in quam causam ipse velit solutum, electio transfertur in creditorem. l. i. ff. de solu.

cciiii. Colonus qui neglexit colere fundum pro anno futuro ex quo passus fuit sterilitatem, non potest petere pensionis remissionem. Cyn. in l. ad comparandas. in fi.

F C. mandati. bo. text. in l. ex cōducto. §. cum quidā. ff. loca.

ccv. Dominus negligens exigere afflictum à colono per 40. annos, non potest amplius petere nec rem, nec possessionem. gloss. in l. 2. in gloss. fin. C. de iure emph. l. 1. in l. cum notissimi. §. si. C. de præscrip. 30. ann.

ccvi. Emphyteota negligens soluere per bienniū canonē, si sit priuatus, potest possessione expelli. gl. & tex. in l. 2. C. de iure emphy. & gl. in authen. qui rem. de sacrosan. eccle.

ccvii. Possessor hereditatis tenetur de negligentia cultura prædiorū. bon. text. in l. ei qui. in fin. ff. de pet. hered.

ccviii. Vassallus negligens circa dominū, priuatur feudo. c. i. §. qd si nō fecerit. in tit. quæ fu. prima cau. be. amit.

ccix. Fructus percepti ab hærede propter negligentiam fideicommissarij non petentis, non imputantur in quartam, cum aliās imputantur. text. est not. in l. militi. §. si hæredes. ff. ad Trebel.

ccx. Eodem modo quæsitæ per hæredem post aditam hereditatem ex rebus hereditariis negligentia fideicommissa

officij non petentis restitutionem, non imputantur in A
 quartam, etiam si coactus hæres adiuit. text. est sing. in l.
 tamen. §. 1. ff. ad Treb.

c c x i. Veterani milites negligentes perdunt priuilegia
 veteranorum. l. penult. C. de veteran. lib. 12.

c c x i i. Renuntiatio de nõ petendo adinuicem aliquo
 modo inter fratres facta diuisione nõ extēditur ad ea, quę
 applicāda sunt propter negligentia alterius alteri. Ita not.
 in auth. hoc amplius. in fi. C. de fideicom. & in l. qui cū
 uxorib. ff. de trāsa. & in l. qui Roma. §. duo fratres. ff. de
 verb. oblig. per tex. notab. in l. damni. §. 1. ff. de dān. infect.

c c x i i i. Alium casum negligentia ponit glo. in l. sena-
 talis. C. qui accus. non poss.

c c x i i i i. Aliū etiā ponit tex. cū gl. in l. in rē. §. fi. C. de B
 rei ued. quosdam etiam alios inuenies positos per Bar. &
 Mod. in l. q. Nerua. ff. de pos. quos nõ curauit recēdere. Nā
 res ferē in immensum procederet, & ideo sufficet mihi ex
 illis studiosos ad perquirēdos alios casus inuitare, ac an-
 sam dare uoluisse. Nā & ego iā proculdubio fastiditus, in-
 numerabiles alios negligentia casus omisi, quos de facili
 ex scriptis, præsertim Moder. quilibet curiosus colligere
 poterit, maximē, qā pro maiori parte illorū Cōmentaria
 sunt ornata repertoriis. Volui igitur hic rātū negligentie ca-
 sus colligere, quos in repertoriis vulgarib. collectos nõ re-
 peri, quibus quidam alij casus adiungi poterunt, quos An-
 dreas Alciarius & Guliel. Bened. uiri eruditi in tit. de verb.
 sig. fol. 17. col. 1. & in rep. c. Raynutius. fol. 194. & seq. titu. de C
 test. tradiderunt. Nam materia ista negligentia tam fre-
 quens est inter mortales, quā in homine oscitatio ipsa.

V i s i s negligentia casibus, & effectibus præiudicium
 afferentib. operepretium erit quosdam alios breuif-
 simos casus adnotare, in quibus negligentia nõ nocet.

Primus casus est, quando venditor fundi ante traditi-
 onem fundum ut alienum neglexit: nam hoc casu de negli-
 gentia non tenetur, casus est not. in l. venditor ex hæredi-
 tate. §. 1. in fi. ff. de hæred. & act. vend.

11. Quādo maritus fuit negligēs in exigēdo dotē à pa-
 tre uxoris, qui factus est nõ soluēdo: nā tali casu nõ tene-
 tur de suo. casus est notab. in l. si extraneus. ff. de iure dot.
 quod singulariter limitabis non procedere si fuisset negli-
 & E E iij

Dgens non exigendo ab hæredibus patris. casus est notab. in l. ob res. §. si. ff. de pact. dot. & ibi Bal.

III. Si negotiorum gestor cepit alicuius gerere negotia, si negligat, & non perseverat, gerere non tenetur. casus est notabilis in l. tutori. C. de neg. gest.

IIII. Quia bonæ fidei possessor hæreditatis, si negligit hæreditatis res meliores facere, nõ subiacet querelæ. casus est notab. in l. si quid possessor. §. sicut. ff. de petit. hæredit.

V. Casus, quia negligentia vnus non nocet alteri. gloss. est in l. si ex duobus. ff. de neg. gest.

VI. Quia ille, qui negligit agere, per hoc non dicitur fraudem facere, nec sibi nocet, vt dicatur in fraudem creditorum hoc fecisse, vt est bonus tex. in l. qui fraudem. in princ. ff. de his quæ in fraud. cre. l. nemo ex sociis. §. si. ff. pro socio. cum similib. licet quandoque fallat, vt per gloss. not. in l. 2. §. non tantum. ff. de hæred. vel act. ven.

VII. Quia seruus à testatore vetitus rationes reddere, negligentia non tenetur. casus est notabilis in l. si seruus vetitus. ff. de leg. 1.

VIII. Negotiorum gestor, qui equum in pascuis solitis neglexit excusatur, nec imputatur illi, vt est gloss. in l. si negotia. ff. de neg. gest.

IX. Negligentia serui non petentis fideicommissariam libertatem, non præiudicat sibi quin ex die dato libertas sibi competat. text. est notab. in l. cum verò. §. 1. vers. ex die. ff. de fideicommiss. liber.

X. Quia negligentia non nocet, quando socius fuit quoque negligens, sed compensatur. text. est notab. in l. si ambo. ff. de compensat.

XI. Negligentia contra vnum non præiudicat contra mihi alium. secundum dicta Bar. in l. si seruus. ff. vi bo. rap. & in l. litem. in princ. ff. de alienat. iud. mut. cau. fact.

XII. Quia si vendita insula combusta sit negligentia seruorum, mihi non nocet. text. not. in l. si vendita. ff. de peric. & com. rei vendit.

XIII. Si missus in bonorum possessionem negligat, & destituat bona, nõ præiudicat sibi, vt teneatur ob illius negligentiam. casus est nota. in l. prætor ait. in. §. cæterum. ff. de bon. autor. iud. poss.

XIIII. Tutoribus licet quâdoque negligere præceptū &

& voluntatem testatoris. bonus text. in l. quidam decedēs. A
 §. vique ad eō. ff. de admin. tut.

xv. Quia executoribus literarum papalium non currit
 tempus negligentia. de quo in cap. 2. de concess. præbend.
 glo. in cle. si beneficio. in versu. episcopi. eod. titu.

xvi. Si hodie sum negligens, per hoc nō inducitur præ-
 sumptio, vt retrō fuerim negligens. istud ponit Bart. in l.
 ab hostibus. §. sed hoc simpliciter. in 3. column. in fin. ff. ex
 quib. caus. maio.

xvii. Negligentia in rebus suis, non nocet. l. in re man-
 data. C. mandati. l. sed et si. §. consuluit. de pet. hered.

xviii. Quia licet quis per negligentiam perdat ius a-
 gendi, vel corrigendi, tamen non perdit ius assitēdi agen-
 di, vel corrigendi. glos. not. in cap. irrefragabili. §. exclusus. B
 in glo. in verbo per episcopum. in si. de offi. ord. & hoc pro-
 dicit ad multa.

xix. Quia creditor negligens in non exigendo à debi-
 tore ad diminutionē fideiussorū, sibi non præiudicat quo
 ad fideiuss. tex. not. in l. si fideiussor creditori. ff. de fideiuss.

xx. Quia negligentia in re deposita dummodo nō fue-
 rit magna, non imputatur: pariter etiam non parendo con-
 ditioni adiectæ legato facto ecclesiæ, non nocet ipsi eccle-
 siæ. Ita notab. dicit Abb. & alij in cap. abbate. de verb. sig.

HACTENVS negligentia casus enarrauimus, in qui-
 bus iam longo fessus itinere finē facere destinauerā.

Verum, quia parū est negligentia incommoda nosse,
 nisi etiam quid damni, vel commodi diligentia afferat, scri-
 bimus, ideo pauca quædam adhuc de diligentia commo-
 dis, vel incommodis subnectam. Nam ex quo diligentia &
 negligentia quædam sunt qualitates, quæ cōmuniter ipsis
 hominibus adhærent, & inter ipsos pascuntur, inconue-
 niēs videretur si postquam vnum actum incepti, totam tra-
 gœdiam non perficiam. Rem igitur aggrediamur.

1. Primus effectus diligentia erit. Quia si homo diligēs
 aliquid indebitē alicui soluit, & repetat indebitum, proba-
 re tenetur: quia diligens indebitum soluisse non præsumi-
 tur. tex. est in l. cum de indebito. de probat.

11. Casus, quia filius facta. diligens & industrius aliquid
 acquirens, præsumitur ex suo, & non ex bonis parentū ac-
 quisuisse, & ideo illud profecturium esse non iudicabitur.

- D** glo. not. in l. cum oportet. in princ. C. de bo. qua liber.
- III.** Quia paludes & pascua, diligentia & industria possessorum meliorata ab ærario, vel ab alio, abstrahi nõ possunt, nec in ipsis potest aliquis functiones aliquas imponere. bon. tex. in l. si. C. de alluionibus & paludibus.
- IIII.** Quia coheres, qui fuit diligens in repetendo partem suam depositi à depositario, qui postmodum factus est non soluendo, non tenetur contribuere cum cohæred. l. fin. vbi bo. text. C. depositi.
- v.** Quia creditor, qui fuit diligens in petendo creditum ab hærede, qui factus est nõ soluendo, vel abstinuit se postmodum ad hæreditate, non participat cum alio creditore. tex. est in l. si pupillus. ff. de his qua in fraud. cred.
- E** **VI.** Quia illud, quod acquirit ex sua diligentia hæres, non imputatur in bonis, vt quouis modo cedere debeat ad commodum legatariorum. text. sing. in l. si hæres. ff. ad leg. Falcid. in princ.
- VII.** Quia si alter ex duobus reis credendi ex causa lucratua fuit diligens in præueniendo solutionem legati, totum sibi vèdicat. casus est singularis in l. Falcidia. §. hoc obseruandum. ff. ad leg. Falc. secus si non est causa lucratua: quia licet præoccupet, & totum consequatur, contribuit. bonus text. in l. fideicommissa. §. plerunque. ff. de leg. 3.
- VIII.** Quia etiam mala fidei possessor, à quo seruus petitur, non tenetur de fructibus, quos percipere potuit ex artificio serui, quod ex sua diligentia & sumptibus didicit. text. singularis in l. cæterum. ff. de rei vend.
- IX.** Quia si quis fuit diligens, & curiosus in redimendo testatorem captiuum, vel curando ipsum infirmum, negligente hærede, lucratur hæreditatem ipsius. text. est not. in authen. vt cum de appel. cog. in §. si quis. de præd.
- X.** Quia propter diligentiam, & curam alterius socij societas hoc modo communiri potest, vt vnus damnum tantum sentiat, & alter lucrum: ita quod lucrum dütaxat commune sit. text. est not. in l. si non fuerit. ff. pro socio.
- XI.** Quia licet regulariter quado debitor fideiussori succedit, obligatio fideiussoria extinguatur, tamẽ nolente creditore, qui diligens in sibi prospiciendo fuit, nõ extinguitur. text. est multum notab. in l. debitor fideiussori. ff. de separar.
- XII.** Quia si prior creditor, qui fuit diligens sibi in cautione

ione pignoris illud in solutum accipiat, tamen secundus A
per hypothecariam non auditur, nisi offerendo debitum,
quoniam per dationem pignoris in solutum extincta fue-
rit obligatio. l. prima. & ibi glos. C. si quis creditor.

XIII. Quia diligens commodatarius si in incendio suas
pretiosiores seruandas prætulit commodatis, excusatur à
culpa. text. not. in l. si vt certo. §. quod verò. ff. commod.

XIII. Quia si quis emit aliquam domum, vel rem alte-
ri obligatam, & eam sua diligentia meliorem reddidit, si
ab eo postea per hypothecariam euincatur, præstatio
primam æstimationem liberatur. Ita mirabiliter dicit Bar.
per illum textum in l. 2. in fine. C. de præd. nauiculariorum.
lib. 2. quod est notandum ad ea, quæ not. idem Bart. in l.
cum postulassem. per illum text. in fin. ff. de dam. infect.

XV. Quia si vassallus sua diligentia in feudo aliquod ædi-
ficium fecerit, & postmodum contingat vassallum sine hæ-
rede masculino decedere, dominus pati debet aut ædificium
refecti, aut certè meliorationis pretium soluere, vt in §. va-
sallus. in tit. hic finitur lex. in vsib. feudorum.

XVI. Idem in colono diligenti, quod in vassallo dicen-
dum est. Nam si colonus meliorauit fundum, potest ei in-
sistere donec melioramenta sibi soluantur, ne sua diligen-
tia sibi sit damnosa. l. colonus. ff. locati.

XVII. Quia si colonus sua diligentia rem meliorem red-
didit, pensio illa augeri non potest. glosa magna in l. si
merces. §. vis maior. ff. locati.

XVIII. Quia si domus vendita ante traditionem com-
busta fuit, licet id damno venditoris cedat: tamen si con-
stitat venditorem eam diligentiam in ea custodienda adhi-
buisse, quam homines frugi & diligentes præstare solent,
damnum ad eum non pertinebit. text. est not. in l. si vendi-
ta. ff. de pericul. & commo. rei vend. de quo videndum est,
vt per las. in l. domus. ff. de legatis primo. & per Socin. in
tractatu fallent. regu. 178.

XIX. Quia damnum datum autoritate curiæ in re pi-
gnorata, quæ diligentia, & solitudine creditoris fuit re-
cuperata, cedit, & pertinet ad debitorem: quod non esset,
si creditoris instantia & diligentia recuperata non fuis-
sent. text. est notabilis in l. fin. ff. de pign. act. quod est no-
tandum ad id de quo ibi per Bart.

D xx. Quia praelatus, qui diligentia, & industria sua acquisiuit aliquid ecclesiae, & ipsius intuitu ecclesia tantum liberè potest disponere, & habet priuilegium. de quo in c. consensus. de rebus eccles. non alienan.

xxi. Quia si vnus ex sociis sua diligentia, & cura communem domum recuperauit, & socius infra quatuor menses non satisfecerit sibi, pro rata contingentu efficitur dominus totius rei. l. 4. C. de aedific. priuatis. Et textus in l. si fratres. §. idem respondit ff. pro socio.

xxii. Quia fundus datus in solutum melioratus industria, & diligentia creditoris, lucro creditoris, & non debitoris cedit. l. penult. C. de solut.

xxiii. Effectus diligentiae est: quia diligens in vno officio, in eo nunquam laesus, non petit in integrum restit. l. i. C. qui, & aduer. quos.

xxiiii. Quia licet procurator impetrans literas ad lites, de mandato docere teneatur, tamen in causa appellationis non tenetur: quia non praesumitur, quod qui diligens in causa principali fuit, ius appellationis prosequi negligat. gloss. magna in cap. nonnulli. ad fin. de rescrip.

xxv. Quia iudex qui pronuntiauit appellatione desertam potest reponere appellatè, si doceat de diligentia sua, ita pulchrè dixerunt Domini in Rota. in decis. 43. in antiqu. tit. de appel. sequitur Fely. in cap. ex parte. el. i. de rescrip.

xxvi. Quia si iudici commissa est diligens testium examinationis, propter virtutem huius verbi diligens, si testem de causa, & ratione sui dicti interrogare dimittit, non valet dictum suum. ita tenet Bald. nota. in capitulo sicut. per illum textum de re iudic. relatum à Socino in l. prima. in sexta charta. ff. de noui oper. nunt.

xxvii. Quia propter diligentiam, & exploratam industriam praefecti praetorij, ab eo non appellatur. l. i. ff. de officio praefecti praetor.

xxviii. Quia si donans sit industriosus, & diligens, non debet alià donatio: aliàs ali debet, & ita in filosofia est text. in l. si quis à liberis. §. 2. de lib. agn. & gloss. not. in l. si quis argentum. §. sed si quis. C. de donat.

xxix. Quia probando diligentiam praelati, creditor dicitur probare motiuum factum in utilitatè ecclesiae conuersum fuisse, per gloss. not. in authen. hoc ius potestatem. in

in gloss. fina. C. de sacrosanct. eccles.

xxx. Quia tutor diligens, licet aliàs pauper, tamen vt suspectus remoueri non potest. l. suspectum. ff. de suspect. tuto. cum simil.

xxxI. Quia in vno solo de capitulo diligenti existente, capitulo negligente capitularis potestas residere potest. Abb. in cap. olim. de testib.

Et per ista finem imponam huic Opusculo, cum satis superque ex istis notitia negligentia, & diligentia haberi potest: quantum etiam hic locus postulet quaedam alia de iis, quae in omittendo consistunt, enarrare, quae latius aliis digesti: sed ne plus debito regula ista oneretur, ad alias quaestiones transitum faciam.

QVAESTIO VIGESIMANONA.

QVAERO, nunquid impetrans à papa beneficium vacans in curia, & sic reseruatum reseruacione in corpore iuris clausa, hoc non expresso, dicatur habere titulum coloratum, & defendatur ista regula?

SOLVTIO. Ter fuit in Rota decisus iste punctus, ideo super illo non multum insistam.

Primo enim decisus fuit inter Ioannē Beltran. ex vna, & Hieronymum Beltran. aduersarium ex altera. Nam Rota in istam opinionē inclinauit, quod regula non suffragetur, vt d. Ioannes de Anguiano, antiquus procurator, qui tunc causam tractabat, retulit. Secundo iste casus disputatus fuit per Dominos in vna Veronen. canonicatus & preben. coram D. Corrado, vt refert hic d. Guliel. & tunc etiam Rota disputando tenuit eandem opin. videlicet, huiusmodi impetramentum regula non suffragari. Ratio decisionis fuit: quia regula excipit istum casum de beneficio reseruato: non obstant. quod text. istius regulae in principio praesupponit impetramentum habuisse titulum ex collatione apostolica: nam ex quo hic excipiuntur duo casus. Casus ergo illi excepti debent intelligi retento eodem themate, videlicet, etiam si habuerit titulum à papa. Quia casus exceptus debet esse de regula, vt dicit Dyn. in rubric. de regul. iur. lib. sexto. & Bart. in l. i. ff. eo d. titu. & in l. ex iis. per illum text. ff. de legib. Non enim esset bona exceptio dicere, Omnes homines currunt, excepto equo: quia ex quo regula non loquitur de equo, exceptio non est conueniens: debuit ergo fieri exceptio de aliquo homine, vt sic exceptio conue-

Dniat terminis pręsuppositis in regula: ita est hic dicendum, nam text. hic loquitur de titulo apostolico, vel ordinario, & debet exceptio etiam loqui de eisdem in terminis reg. & ita etiam tertio loco, secundum istam opin. iudicauit R. D. Raynaldus Petrutius die 9. Iulij M. D. XXXVII. in vna Sagouien. parochialis de paladis: & quia ista interpretatio etiam trita in Rota, ideo non amplius insulam.

Limitatur tamē ista cōclusio duobus modis. Primo in casu, de quo per Glossatorē hic, in 2. col. vers. item ibi absq; simoniaco ingressus, &c. in quo quia dicit fuisse iudicatum, nō moror: quia aliās mihi videtur ille casus multū dubius.

Secundo limitatur, nisi papa de beneficio reseruato prouideret motu proprio: quia ex quo tunc obici non potest subreptio taciturnitatis reseruationis, debet tali casu possessorem iuuare regula. Tamen dom. Guliel. hic tenet contrarium, ex quo regula ista indifferenter excipit prouisum a papa de beneficio reseruato, & non distinguit, an prouisio facta simpliciter, an motu proprio, vt hic latius per eum. Adiuuatur ista opi. domini Guliel. quia licet prouisio facta a papa sit motu proprio, pręsupponi tamē debet, quod prouisio aduersarij sit melior, adeo, quod ista prouisio motu proprio facta videatur tantū colorē ad possidendum tribuere: quia aliās si dicta impetratio motu proprio ex omni parte valida esset, non indigeret possessor auxilio regulę aduersus alium impetransem: quia eum vinceret ex sua bona prouisione absque auxilio regulę. Tenendum est igitur, quod isto casu prouisio Papę non erat bona, sed alius contra quem excipitur de regula habebat titulum verum & bonum. Itaque ex quo sumus in odiosis, & exorbitantibus, debet generaliter exceptio regulę intelligi quatenus minus, quā sit possibile vero impetranti habenti bonum titulum pręiudicetur. Vnde licet regulariter in omnibus aliis beneficiis excludatur impetrās, habens bonum titulum per triennalem possessorem: fallit tamen in beneficiis reseruatis ex vacatione facta in curia: quia tali casu etiam habens titulum coloratum a papa, siue simpliciter, siue motu proprio, non iuuatur regula.

Nihilominus licet ista opin. aures demulcere videatur: mihi tamen non omnino satisfacit: quia habens prouisionem a papa ex certa sciētia de beneficio taliter reseruato

ex quo habet ab eo, qui dare potest, non dicitur intrusus, A
 ut regula præsupponit. Et ideo non video quare iuuari
 non debeat, cum eadem ratio militet, quæ in aliis benefi-
 ciis, & in exorbitantibus licitum est argumentari ex iden-
 titate rationis ad similes. Casus vulg. glo. in vers. Italia. in
 cap. 7. de temp. ordi. lib. 6. cum aliis triualibus traditis per
 Doct. in vulg. auth. quas actiones. Et ita seruat Rota, pro-
 ut dixerunt Domini in vna Salamantina parochiali de
 Guadramiro coram R. D. Marco Antonio.

QVAESTIO TRIGESIMA.

QVAERO, quid si papa contulit beneficiũ reseruatũ
 vacans in curia Martino, qui post triennalẽ posses-
 sionẽ moritur extra curiam, & ordinarius cõtulit
 Titio, papa verò cõtulit Gaio: & ille Titius possedit post-
 B
 eã per triennũ, & deinde conuentus à Gaio excipit de re-
 gula ista, Gaius repli cat regulã nõ habere locũ in reserua-
 to vacante in curia, vt patet hic. Dubitatur igitur quid iuris?

SOLVTIO. Tota difficultas huius dubij consistit in
 hoc, an semel reseruatũ duret semper affectum? An verò
 expiret reseruatũ, & affectio per collationem factam per
 papam Martino? Pro vna parte videtur dicendum, quòd
 semel affectum, semper durat affectum, vt est decisio 181.
 & 207. in nõ. & est extrauagans Pauli. incip. piã. & Benedi-
 cti incipien. ad regimen. cum similibus.

Tamen contrarium est verum: quia licet beneficium sit
 reseruatũ reseruatione. c. 2. de præb. 6. quæ est illa quam
 text. hic appellat in corpore iuris clausam. Nihilominus C
 eo ipso, quod papa disponit de illo beneficio, per illam
 collationem cessat reseruatũ, adeò, q̄ ordinarius potest
 postea de illo prouidere, sicut facit de litigioso cessante li-
 te, vt in c. 2. vt lite pend. libro 2. & clem. 1. eodem tit. Quod
 autem per collationẽ papæ expiret reseruatũ, tenet Old.
 consil. 57. & decis. 20. in titu. de præbend. in antiquior. & o-
 mnes aliæ prædictæ decisiones proximè allegatæ, & de-
 cis. 283. in antiquis. & tenet Lopus allegat. 127. incipien. A-
 nastasius. Et Calder. cõsi. x. titu. de præd. cum quibus con-
 cordat Dom. consil. 93. incipien. Clemens. 7. Et ista con-
 clusio procedit etiam si collatio papæ ex causa sua fuerit
 iniurialis, vt declarat Ro. consilio. 335. & est communis opi-
 ne in conclusio prædicta procedit quando papa contulit,

D & super tali collatione literæ sunt expeditæ. Secus autem si collatio manet in sola supplicatione: quia per solam supplicationem non dicitur adhuc reseruatio extincta. Ita dicit Fely. ex mente Rotæ, in rubr. de constit. in 4. col.

Secundo limitatur, nisi papa contulerit suo familiari: quia tali casu per collationem prædictam non expirat reseruatio: quia incipiet ex hoc creari noua reseruatio, ad eò quod ordinarius non poterit disponere, vt dicit Gemin. conf. 30. incip. Bonifacius. & concord. Calder. in d. conf. 10.

Tertio limitatur, nisi prouisus per papam ante acceptationem collationis moriatur: quia tunc non respicit reseruatio, vt expressè probat Oldr. in conf. 57. & tenet Spec. in tit. de act. seu petitorio. §. pen. & ibi Io. Andr. in addit. magna. in versu. sed quæro circa ipsam decretalē. vbi latissimè hoc ponit, referens omnia fundamēta Oldr. in dicto conf. eo. tacito, & sequitur Domin. in c. 2. in fi. de præb. lib. 6. & Gaspar de Perusio tacito Oldr. hanc opi. tenet in trac. referuat. in 3. q. Cum quibus concordat Collecta. in c. ecclesia. in 3. col. versu. sed quia papa de fortileg. licet Rota videatur titubare in decisio. 882. nota, quòd vbi gratia, & c. in antiquis.

E Si tamen prouisus post acceptationem promissionis moreretur, possessione non capta: nihilominus reseruatio expiraret, vt dicit Io. Andr. in d. addit. ad Specul. & sequitur Gemin. in dicto cap. 2. & est decisio Dominorum in decisio. 283. nota, quòd ibi papa in antiq. Ratio est: quia solus consensus tribuentis & recipientis perficit gratiam, & dicitur

C ius plenum, capit. si tibi absentis. de præben. libro sexto. tenet Inno. in capitulo primo. & ca. ex parte. de concess. præbend. & in capit. constitutus. in gloss. si enim. de rescript. & Oldr. conf. 136. incip. quòd ex productis. & secundum hoc dictum Fely. in d. rubr. de rescript. de quo supra proximè feci mentionem, redderetur dubitabile.

Quarto limitatur, nisi prouisio per papam per viam commendæ facta fuerit: quia tunc reseruatio non expirat, vt latè probat Collectarius in c. si constituerit, de accus. & profequitur. d. Guliel. decis. 5. titu. de priuilegiis. & reasumunt Moder. in tract. reseruationum. quæ non curo prosequi, cum ad istum locum non pertineant.

Et ista quæ dicta sunt, per collationē papæ reseruationē expirare, procedūt etiā si papa ipse nō cōferret, sed mada

et executoribus, vt talem poneret in possessionem: quia A
 talis actus æquipolleret collationi, iuxta tradita per Rotā
 decif. 441. in n. o. incip. fuit dubitatum. & Egid. decif. 226. &
 Roma. in consil. 337. quo ad primum. in princip.

Ex quibus omnibus resultat decisio quæstionis nostræ,
 videlicet, quòd exceptio posita in ista regu. de reseruatō,
 non habet locum in casu nostro, quominus possessor tri-
 ennalis defendi possit regula.

Et ex istis inferitur vnum aliud, quòd licet aliquis possi-
 deat beneficium reseruatū vacans in curia si possessor
 postea prouisus à Papa fuerit, & ille deinde per triennium
 pacifice possideat, poterit ab ista regula defendi, quod
 non pono pro constanti.

Et in casu nostræ quæstionis magis iustificatur opinio, B
 et quo ille Martinus prius per triennium possederat, & sic
 etiam stante reseruatione posset Tirius iuari allega. Lap.
 89. per quam excluditur necessitas iustificandi titulum sui
 prædecessoris, vt tradit etiam Old. consilio 229. hæc sunt
 dubia. & tenet Egid. in quadā decisione: aliàs fieret pro-
 cessus in infinitum si quis titulum prædecessoris probare
 teneretur. Nam illa ratio, quæ posset obiici contra titulū
 immediati prædecessoris, eadem posset obiici tituli cente-
 simi prædecessoris. Et sic oporteret habere paratas proba-
 tiones omniū, q̄ est absurdum, & ferè impossibile, non se-
 cus, ac si repeteremus originem maiorū nostrorum, quæ
 secundum hoc esset exordienda, & repetenda ab Adam, vt
 dicit gl. in l. assumptio. ff. ad municip. vt igitur euitarentur C
 ista absurda, bona fuit prædicta allegatio Lapi, & non im-
 merito toties à Rota canonizata, & in vsu recepta. Quæ
 propter breuem hominum vitam, & fomentum istius re-
 gula, Modernis temporibus, ad triennium reducta fuit:
 quibus omnibus concordant etiam rationes posite per
 Specul. tit. de probatio. §. probare. versic. verum.

QVÆSTIO TRIGESIMAPRIMA.

QVÆRO, quia dicitur hîc, q̄ triennalis possessio non
 iuuat possessorem in beneficio reseruatō, ex aliqua
 reseruatōe generali in corpore iuris clausa: quæ
 sit illa reseruatō in corpore iuris clausa, & an sit vnica, vel
 plures, & de qua reseruatione intelligatur hæc regula?
 SOLVITIO. Ista quæstio tria capita continet. Primū, quæ
 FFF

Dicit illa reseruatō in corpore iuris clausa. Et communiter dicitur, quod est illa, de qua disponitur in c. 2. de præb. lib. 6. qua nulla in iure maior vel potior inuenitur, ut dicit Do. Guliel. decis. 23. titu. de præb. Quamam sit ratio tantæ potentia, dicam inferius in 2. cap. istius quaestionis.

Et aduertendum est, quod reseruatō. de qua in d. ca. 2. censetur eo ipso inducta, quod beneficia vacant apud sedem. Et cū mysterio text. in d. ca. 2. loquitur de beneficiis vacantibus apud sedem, & non dicit in curia, quia ista videntur diuersa: quod ex eo apparet, quia si ordinarius alicui scienti conferat tale beneficium reseruatū, ille non facit fructus suos, ut videtur tenere Spec. & ibi Ioan. And. in titu. de dispens. §. videndum restat. vers. sed pone quod

E aliquis. Ratio est, quia ex quo prouisus sciuit beneficium apud sedem vacasse, non debuit ignorare eius decretum, quod est iuris: quia in his, quæ sunt iuris, ignorantia non præsumitur, ut in cap. 2. de constitu. lib. 6. & ideo fuit in mala fide, & per consequens non facit fructus suos, ut dicit Rota in decis. 4. titu. de resti. spoliato. in no. quam laicus sequitur Abb. in cap. dilecto. de præb. & in cap. cum dilectus. de iure patro. & vbiq. in pen. notabili. Et istam conclusionem sequuntur etiam Fely. in ca. de quarta. in seruida fall. de præscrip. & Iaf. in §. sed iste. nume. 92. in titu. de actio. Arer. in consilio 17. & Curtius antiquus in consilio 71. incip. princeps defunctus. in 6. & seq. col. & in terminis istius reseruationis apud sedem, quod non faciat fructus

F suos, tenuit Modernus Sabinen. in tracta. reseruatō. in §. effectu, quarta quaest. Sed hoc non procedit in possidente beneficium in curia vacans, nisi probetur eius notitia, quia cum beneficia vacare in curia dicantur beneficia designata in extrauag. ad regimen. & in ext. auag. ex debito eorum præsumitur ignorantia, iuxta tradita per Abb. & Ilyn. in cap. pastoralis. de fid. instrumen.

Et ideo pro clariori & fundamentali intelligentia prædictorum est considerandum, quod vacatio apud sedem potest intelligi dupliciter. Primo modo, proprie: & tunc vacatio apud sedem intelligitur de illa. d. c. 2. quæ est in corpore iuris clausa, & ita capit Lap. alleg. 84. Secundo modo, vacatio apud sedem capitur improprie pro quacunque vacatione in curia: & tunc vacatio apud sedem, & vacatio in curia

curia pro eodem capiuntur, vt in cap. statutum. & ibi A
 de præbend. lib. 6. & ita capit Lap. alleg. 84. & alibi
 Adeo quod propriè loquendo, omnis vacatio apud
 sedem potest dici vacatio in curia, sed non e contra & ita
 procedit decis. 17. de præbend. in anti. & Fastoli dubio. 53.
 hoc probatur, quia licet reseruata per extrauag. ad regi-
 men. contingat alibi, quàm apud sedem vacare: in curia ta-
 men vacare dicuntur non tamen apud sedem: quia illa re-
 seruatio non est in corpore iuris clausa. & ita procedit,
 quod dicit Calder. consi. 9. tit. de præbend. circa fi. Et hoc
 terminis voluit Rota in vna Monasterien. canonicatus,
 coram R. D. I. Clerici. de mensè Nouèb. m. d. xx x 111. Ex
 quo inferitur, q̄ talia beneficia reseruata per. d. extrauag. &
 alijs quascunq; vacantia extra duas dietas, poterant per
 ordinarios post mensè conferri: quia non censentur
 in curia, neq; apud sedem vacare. Et ideo ob eam causam,
 per extrauag. Bonifacij incip. pia sollicitudinis. per quam
 corrigitur cap. præsent. de præbend. lib. 6. inductum fuit.
 quod ordinarij, etiam post mensè, illa cōferre non pos-
 sant, secundum Ioan. And. & omnes ibi. & Lap. alleg. 96.
 incipien. beneficia vacantia. quos sequitur Reuerend. bo.
 memor. Iacob. Simonetta, quondam Rota auditor cele-
 berrimus. in tracta. suo reseruat. in prima parte. de quo ali-
 quid Egid. licet corruptè, in decis. 655. Et eodem modo be-
 neficia resignata in curia, dicuntur vacare in curia, licet
 non apud sedem: quia iste modus reseruationis non est in
 corpore iuris clausus. Et ita procedit, quod dicit Roma. C
 consilio 341. Sic etiam si Papa propter bonum pacis & con-
 sordiaz, de consensu duorum, ad resignationem alterius
 constituat alteri pensionem, adeo dicuntur illa beneficia
 sic pensione grauata, affecta: quod occurrente vacatione,
 nullus præter Papam, de illis disponere poterit, quia cen-
 sentur reseruata. Ita mirabiliter dicit Guliel. de Mōserrat,
 in commentarijs pragmaticæ sanctionis. fol. 51. rationem
 notabilem ibi assignans, quam vide per eum. Et licet istud
 dictum sit notabile, tamen multum dubito an sit verum.
 Postremò vnum aliud notandum est, circa istam reserua-
 tionem in corpore iuris clausam, quod licet talis reserua-
 tio habeat effectus iuris communis, non tamen absolute
 facit ius commune, licet de ea in d. c. 2. caueatur. Ratio est
 FFF ij

D quia ista reseruatō dicitur in iure cōmuni clausa, & aliud est ius commune, aliud clausum in eo, vt patet in c. cū ordi- nem. de rescript. Et hinc est, quōd inserta in iure commu- ni, & ius commune differunt in viginti casibus, vt inferius in fin. q. dicam. Reseruatō igitur in corpore iuris clausa, nihil aliud est quā singulare quoddam sedis apostolicę priuilegium prerogatiuam specialem continens, vt colli- gitur apertē ex verbis d. cap. 2. Quę omnia magis clara reddentur, ex infrā dicendis in secundo & tertio articulo istius quęst. 1.

Secundus igitur articulus istius quęstionis est, vtrum sit vnica tantū, an plures reseruatiōnes in corpore iuris clausę. Et ita Glossator hic dicit, quōd licet per 23. annos

E legendo & practicando reuoluerit ius canonicum, nihilominus quōd nō reperit nisi vnica reseruatiōnem in cor- pore iuris clausam, quę est illa, de qua in dict. ca. 2. Et licet regula ista in illis verbis, ex aliqua reseruatiōne generali, in corpore iuris clausa, &c. plures alias similes reseruatiō- nes pręsupponat, quarum aliqua exēpla ipse hic enarrat: nihilominus illis non obstantibus, sequutus Nicolaum de Castello illorum tēporum abbreviatorem, ipse concludit vnica tantū esse reseruatiōnem in corpore iuris clausam, de qua in d. c. 2. vt hic per eum. Et eandem opinionem re- petit idem Glossator in commento regulę 61. col. penol.

Quid dicendum? Certē iste punctus non videtur sine difficultate: ex eo, quia text. hic in illis verbis, ex aliqua re- seruatiōne in corpore iuris clausa, &c. pręsupponit, vt dixi, plures esse huiusmodi reseruatiōnes. Et ne puremus hoc factū fuisse per errorē Abbreviatorū, vt dicebat Nicolaus de Castello, hic relatus per Glossatorem: hoc idem clarē probatur in decreto concilij Basilię: tit. de elect. & reser- uat. ibi, reseruatiōib. in corpore iuris clausis semper exce- ptis, &c. Et sic videmus, qd text. loquitur in plurali. Et istam opinionem, videlicet, quōd plures sint reseruatiōnes in corpore iuris clausę, videtur tenere Nicolaus Milis, in ver- bo, reseruatiō. §. 2. in fi. & Gaspar de Perusio, antiquus do- ctor, in tract. reseruatiō. q. 9. & Moder. Sabinen. in tracta. etiā reseruatiō. fol. 4. qui sex species reseruatiōnis in cor- pore iuris clausę enumerat, cōputandō tres illas, quas Glossator hic pōnit. Quib. pręfati Moderni tres alias iun- gunt

G. Primam addūt reservationem positam in extrauag. A
 debito. Ioan. 22. inter cōmunes. tit. de electio. Et aliam
 reservationem inductam per extrauagantem Benedicti.
 de decimi incipientem, ad regimen. Aliam positam in
 extrauag. exetrahilis. vt ibi per eos.
 Tamen pace eorum dixerim, illæ tres reservationes, li-
 cet per extrauagantes inductæ dicantur, non tamen dici
 debent in corpore iuris clausæ: quia alia est reseruatō iuris
 communis, quæ in corpore iuris clausa dicitur, alia est reser-
 uatō per extrauagan inducta. Nam in corpore iuris clausa
 dicitur, quia est à iure communi inducta, & in eius corpo-
 re inserta, prout fit de aliquibus legibus, quæ à canonibus
 inseruntur, vt in ca. 1. & cap. autoritate. de concess. præbend.
 c. 6. & in multis locis decreti, sicut etiam eodē modo di-
 citur priuilegiū in corpore iuris clausum, nō quod extra-
 uagatur, sed quod in iure communi inseritur, vt in ca. cum
 inueniunt. de rescript. Aliæ tres species reservationis addu-
 ctæ per Glossatorem hic, non sunt propriæ reservationes,
 ut ipsemet videretur sentire, & sequuntur Moder. in dicto lo-
 co, quia in illis Papa confert iure deuoluto, & tanquam
 ordinarius, non tanquam reseruata. Et ideo videmus, quod
 executor & legatus talia cōfert. Et tamen si essent reserua-
 ta, non conferret, vt dicunt Domini in decisio. 491. incip.
 Nantius apostolicus, in tit. de præbend. in nō. post gloss.
 in dem. penul. de præbend. in verbo, siue ad nos. Et dom.
 Gualdus auditor in tract. de leg. quæst. 9. primæ partis.
 colum. secūda. & probatur in cap. penul. de præbend. vbi
 Abb. Panor. in 1. notab. dicit ibi esse text. ad hoc, qui non
 potest cauillari cum multis aliis concord. quæ cōgerit Mo-
 derus Aurelianen. in tract. leg. conclusio. 21. cui nomen
 est Ioan. Brunellus. Sic etiam dispositio cap. 2. vt lite pen-
 dend. lib. 6. quæ secundū ipsos reservationē in corpore iu-
 ris clausam inducere videtur, euitari potest: quia si verū es-
 set per litem motam beneficiū effici reseruatum, sequere-
 tur vnum absurdū maximum, quod cessante lite adhuc ma-
 neret beneficium reseruatum, & per cōsequens non pos-
 set ordinarius cessante lite de illo disponere, cum semel re-
 seruatum semper reseruatum maneat, vt dicitur in extraua-
 gati Paul. 1. incip. ad Ro. tit. de præbend. & tenet Rota in
 plurib. decisionib. de quib. per Bar. Belézi. in tract. de cha-
 FFF iij

Dri. subst. quaest. 116. Et tamen hoc est falsum, quia prohibitio d. cap. 2. non afficit ordinarios cessante lite. cum pro- uideri possint: ut ibi patet, & in clem. prima. eod. tit. Ergo non est verum per illum tex. aliquam reservationem in du- ctam fuisse, sed potius quandam simplicem inhibitionem temporalem, videlicet, lite durante. Et forte de istis reser- uationibus impropriis ista regula, & decretum dicti con- ciliij Basiliens. superius allegatum loqui voluerunt, sed in his amplius non insistam. Sed ultra praedictos modernos, ego alias plures reservationes in corpore iuris communis clausas reperio, de quibus posset intelligi ista regula, & de- cretum praedicti concilij.

Prima est in translationibus episcoporum, quae pro com- muni personarum esset ecclesiarum utilitate atque necessitate & non propria cuiusque voluntate fiunt, ut in capitulo, si quis. & in cap. mutationes. 7. quaest. 1. & in capitulo, quarto. & toto titulo, de translatione episcopi. Unde episcopatus propter translationem vacantem nullus alius quam Papa conferre potest, quia iste casus est de reservatione Papae reservatione in corpore iuris clausa, ut in cap. quod translationem. de officio legati. & in capitulo fin. de translatione episcopi.

Secunda reservatio in corpore iuris clausa est in episco- patu, vel dignitate vacante per depositionem, ut in d. capi- tulo, quod ad translationem. & in capitulo, inter. de translatione episcopi. & in capitulo, nisi. & in ca. post translationem. de re- nuntiatione. In talibus enim ius commune apponit manum.

F Tertia reservatio est in casu cap. quando. de elect. lib. sexto. qui quidem tex. licet loquatur in vno casu, extenditur tamen ad plures alios casus, qui etiam sunt reservati re- servatione in corpore iuris clausa, ut latissime hoc probat quidam Guliel. Monferrat Hispanus in commento quodam suo ad pragmaticam Franciae. tit. de elect. vbi tex. in d. cap. quamquam extendendo discuit à fol. 46. vsque ad fol. 49.

Quarta reservatio in corpore iuris clausa est, quando episcopus est captus à paganis, vel schismaticis, tunc ille casus est Papae reservatus, ut nemo alius possit providere de tali episcopatu, nisi Papa, ut est tex. in capitulo, si episco- pus. & ibi glo. fin. de supplen. negli. lib. 6.

Quinta quando episcopus propter senium, aut aliud impedimentum corporale perpetuum non potest officium

nam exercere, tunc enim papa solus potest prouidere, & alius, vt in c. 1. §. si autē episcopus. de cler. agro. lib. 6. Sexta reseruatō est quando papa dat beneficiū in commendam, licet prius vacauerit extra curiā: quia per talem commendam manet reseruatū, adeo quod nullus inferior potest de illo disponere, vt tenet Federi. in tracta. per m. q. 15. & Rom. consil. 150. Archi. & alij in cap. is cui. de elect. lib. 6. Sed ista reseruatō potius ex interpretatione doctorum quā aliqua speciali iuris dispositione inducta videtur, & ideo inter prædictos casus computari recte nō poterit, nisi dicamus de hoc esse text. in dict. ca. is cui. poneratū per Compost. in cap. cum à nobis, de elect.

Septima reseruatō iuris est quādo cathedralis ecclesia clero & populo Christiano caret. Nam prouisio tantum spectat ad papam, vt in clemen. in plerisque. de electio. Et prouinc. ista exempli gratia sufficiant, per quā extendi poterit dispositio. d. cap. 2.

Et ista inuestigatio, an sint plures reseruatōes in corpore iuris clausa, vel vnica, potest esse utilis ad multa, tum ad dispositiones particularium, ac etiam facultates legatorum, quibus conceditur facultas prouidendi de beneficiis quomodo libet reseruatōis, excepta reseruatōe in corpore iuris clausa. Nam per hoc facile intelligemus, de qua reseruatōe papa intellexit.

Circa tertium articulum istius quæstionis, videlicet, de qua reseruatōe intelligi debet ista regula, simpliciter loquens, præfati Doctor. post Glossatorem, hic voluerunt istam regulam intelligi de illa tantum reseruatōe, de qua loquitur text. d. c. 2. de præbend. lib. 6. quorum opinio mihi placet, & eam pluribus rationibus comprobo. In primis ex communi stylo signaturæ, qui illa verba communiter in supplicationibus apposita, videlicet non obstare reseruatōe in corpore iuris clausa, intelligit de illa reseruatōe, de qua in d. c. 2. Et pro ista opin. facit, quia verba singulari numero prolata, in dubio de maiori reseruatōe intelligi debet, iuxta ea quæ not. gl. in l. si fuerit. ff. de reb. dub. per text. in l. si ita scriptū. de leg. 1. & not. Ale. in l. 1. §. pen. in vltima. q. ff. de verb. obli. Et sic videmus, quod in materia maximè stricta appellatione excommunicationis, venit tantū excommunicatiq. maior. c. pe. de sent. exco. Sic etiam

D dispositio de dominio loquens, de maiori intelligitur. l. i. §. si in perpetuum. ff. si ager vect. Sed nulla reseruatō in corpore iuris est maior, aut efficacior illa d. c. 2. de benef. vacan. in curia, vt dictū fuit sup. Et not. antiquus ille Vicecorrector, in illo vtili libro, qui Practica cācellaria inscribitur, tit. de beneficiis generaliter reseruatīs. notabili vltimo. fol. 87. quod ex his quæ dicit decis. Rotæ. 100. in no. factis apparet, & inferius per exempla clarius probabo.

Ex quibus omnibus inferitur, quod verba istius regulæ, de reseruatione in corpore iuris clausa, loquentia, debent per excellentiā, de reseruatione per obitū apud sedem intelligi, de qua loquitur tex. in dict. c. 2. Sicut cū de iure ciuili mentionē facimus, per excellentiā de iure tantū ciuili

Romanorum intelligimus: licet ius vniuscuiusque ciuitatis, ius etiam ciuile appelletur: vt in §. quotiens. insit. de iure natur. gent. & ciuil. Et ad ostendendum, quod dicta reseruatō apud sedem, de qua in d. cap. 2. sit omnibus aliis reseruationibus in corpore iuris clausis dignior, efficacior & excellentior, per exempla quæ sequuntur, ostendo.

Sed antequā specialia priuilegia istius reseruationis per exempla attingam, norandum est vnum, quod curia ad effectum reseruationis. d. c. 2. intelligi debet, vbi residet papa: quæ quidem curia, ratione residentie, extenditur per duas dietas, & vltra, iuxta not. in cap. si. de for. comp. & in ca. presentī. de præb. lib. 6. Et quomodo hoc intelligatur, declarat Doct. in clem. ne Romani. per illum tex. de elect.

Sed proprie loquēdo, aliter cōsideratur vacatio in curia, aliter in vrbe, vt dixi superius. Nam si beneficia in vrbe vacent, vltra hoc, quod etiam in curia vacare dicuntur, habet tamen in illis papa maiorem affectionem, quā in aliis vacantibus extra vrbe, licet vacent in curia. Ratio est, quia beneficia vacantia in vrbe, Papa confert etiam si nō essent reseruata, tanquam episcopus vrbis Romæ, vt dixi latē in cap. 1. in primo notabili. de constit. lib. 6. de quo quidem vrbis episcopatu, vltra lapidem vetustissimum in ecclesia Sanctæ Anastasiæ fit mentio in superscriptione cap. 3. 98. dist. & in superscriptione cap. si quis episcopus. 7. quæ sit. cū similibus. Hinc est quod papa expectatiuas in vrbe ad talia beneficia vacantia concedere possit, vt voluit Gloss. noster Hispanus in reg. 7. sup. co. Meritō igitur ad papam tantum

tantum pertinet ipsorum collatio, ita quod in talibus be- A
 neficiis necessaria non esset reservatio. Quia reservatio fit
 per papam super beneficiis, in quibus timet ab ordinariis
 habentibus alias potestate illa conferendi, praeveneri. Sed
 in vacantibus in vrbe, & sic in suo proprio episcopatu, non
 cadit ille timor praevencionis, quia nullus conferre potest.
 igitur non est necessaria reservatio. Et secundum hoc su-
 perflua videretur regula septima Cancellariae supra eod.
 in qua papa reservat sibi beneficia in illis tribus ecclesiis
 patriarchalibus vrbis, videlicet, Sancti Petri, Sancti Ioan-
 & Sanctae Mariae maioris. Tamen videtur, quod hodie non
 sit superflua, ex quo in illis ecclesiis Cardinales praeficiun-
 tur, ut dicitur in Provinciali ecclesiarum, in principio. Et
 receperunt potestatem plenioris conferendi per reg. Sixti B
 incip. Item cum cardinales, a quo tempore fuerunt effe-
 ctualiter in quasi possessione conferendi. Et eodem modo
 iure ordinario habent eandem facultatem conferendi in
 curiis suis, in quibus habent iurisdictionem episcopalem,
 ut latet tradit Fely. in cap. his qui. de maior. & obe. & Paul.
 in tract. ne sede vacante. & Modern. in tract. leg. conclu. 5.
 Imò maius ius habent in ecclesiis subiectis titulis eorum,
 quam ecclesiae matrices in capellis non subiectis, ut tradit
 Bart. Belenzi. in tractatu de chari. subsid. quaestione tertia.
 Posset etiam reservatio dictae regulae septimae habere locum
 eis absentibus, ut regulae innuunt, quod prius introduxit
 Nicolaus Quintus, ut in eius regulis apparet. Et meminit
 Paul. Hiero. in practica Cancellariae, titulo de beneficiis C
 generaliter reservatis. Antiquitus tamen illa ecclesiae Pa-
 triarchales vrbis non solebant dari cardinalibus, sed ipse
 papa eas regebat, ut colligitur ex his quae dicit Prapof. in
 cap. in nomine Domini. colum. 5. 23. distin. 8. Doct. in cap.
 fundamenta. de electio. lib. 6. Ad cautelam igitur bona fuit
 reservatio inducta per. d. regulam septimam.

Sicut itaque ex praemissis habes unam differentiam, & singu-
 laritatem beneficiorum vacantium in vrbe ad vacantia in cu-
 ria. Quia, ut dixi, vacantia in vrbe papa confert iure proprio
 ordinario, ut dixi: & confert etiam, quia reservata: & sic ha-
 bent duplex vinculum. Vacantia vero in curia, id est, in loco
 ubi papa residet, non ita confert. Nec ita sunt cara sibi sicut
 illa, licet digniori & fortiori reservatione magis affecta

D sint, quàm quacunq̄ue alia referuata. Et ista dicuntur referuata referuatiōe in corpore iuris clausa, de qua in d. c. 2. Et ob eā causam, tam sæpe talis referuatiō fuit cōfirmata per plures extrauagantes Romanorū Pont. præsertim lo. 22. Benedi. xi. & Clem. v. Et ista referuatiō in corpore iuris clausa, de qua intelligitur & loquitur ista regula, vt di xi, est principalior, dignior, & fortior ceteris aliis, vt nō ab re specialib. priuilegiis ornati meruerit: quæ cū plura sint, & variis in locis tradita, decreui ex multis quædā potiora per trāsitū ad cognitiōē istius referuatiōis adnotare, vt sic per exēpla quasi per iudicē tota materia intelligatur.

Primum igitur speciale priuilegium in ista referuatiōe inducitur per istam regulam, quod videtur contra regulas iuris cōmunis, videlicet, quod licet habēs titulum ab eo, qui originaliter potuit conferre, titulum coloratum habere dicatur, vt dicit Lopus allega. decimasexta. & Fel. in cap. in nostra. de rescript. & not. omnes in cap. cum nostris. de concess. præbend. Neque talis intrusus dici possit, etiam si violenter possessionem intrasset, prout not. Domi. in cap. eum qui. in secundo notabili. de præb. libr. 6. Tamen quo ad effectum istius regulæ intrans in beneficio referuato dicta referuatiōe, etiam si habeat titulum ab eo qui originaliter potuit conferre, dicitur intrusus, & non habere coloratum titulum, quod est contra regulas iuris communis. Et in hoc potest dici ista regula exorbitans.

Secundum priuilegiū istius referuatiōis in corpore iuris clausa est, quia in generali facultate conferendi beneficia quomodolibet referuata non venit, nec comprehenditur ista referuatiō, vt tradit Gaspar de Perusio in tract. de referuatiōe. & Milis in verbo, referuatiō. & sunt plures decisiones Rotæ super hoc, de quibus per Moder. in d. c. 2. vt patet decis. 97. incipien. habēs autoritatem. in no. & in antiquis. 462. incipien. nota, q̄ habens. cum similib. Ex quibus apparet quāta sit istius referuatiōis dignitas. Nā ad prærogatiuā refertur, q̄ in generali sermone aliqua res non cōprehendatur. arg. l. item apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de iniur. & c. quām periculosum. de senten. excom. lib. 6.

Tertium priuilegiū speciale est, quia referuatiō dict. ca. 2. adeo afficit beneficia, vt si quis ea ab ordinario receperit sciēter nō facit fructus suos à die ingressus sui, vt sentie
Specul

Specul. titulo de præb. §. audiendum. versi, sed pone quòd A
aliquis, & ibi Io. And. Et hoc tenet Rota hodie. facit decis.
in no. 14. & quæ not. Abb. in c. dilecto. col. 2. de præb. & in
c. cum dilectus in penult. not. de iure patro.

Quartum speciale priuilegium est, quia de tali reserua-
tione oportet facere specialem mentionem, & generalis
non sufficit, vt tenet Gemin. & Philip. Francus post Lap. in
d. capit. secundo. in penulti. & vltima col. & tenet decisio.
172. in antiquis. Et hoc procedit etiã in supplicatione cum
apponderetur clausula, Quacunque reseruatione non ob-
stante. vt dicit Gemi. conf. 12. vtrum ille. in fi. Tamen bonæ
memo. Domi. de Iacobatis olim inter primarios auditor,
& postea cardinalis, adnotauit fuisse in Rota obtentum
contrarium, videlicet, sufficere derogationem per clausu-
lam, non obstante reseruatione in corpore iuris clausa: quia
ex quo nõ est nisi vna, intelligitur de ista: & perinde esset,
ac si specialiter de illa fuisset facta mentio. arg. c. ex parte.
de offi. deleg. Et ita dicit obtinuisse Ioannem Baptistam
in vna ciuitate, coram Triuultio, dicens, Rotam hoc aliã
tenuisse tempore Fely. vt patet in formationibus. Cacialu-
pi, in vna Sancti Andrea: hæc Iacobatius.

Et ita reperio in terminis istam opinionem tenere Moder.
in tract. reseruat. in 36. effect. Tamen considera, qd casus
est diuersus. Nam multum refert, an dicatur, non obstante
quacunque reseruatione. vel, non obstant. reseruatione in
corpore iuris clausa: quia primo casu decisiones sunt clare
sub illa generalitate prædictam reseruationem comprehen-
di, propter generalitatem verborum: quia dicto illa vni-
uersalis comprehendit ea quæ aliã sub generali sermone
non comprehenderentur, vt dixi superius in secunda que-
stione. Secundo verò casu secus est dicendum, quia illa
verba, non obstante reseruatione in corpore iuris clausa,
sunt incerta & ambigua, quia possunt reseruari in qualibet
reseruatione in corpore iuris clausa, de quibus superius
dictum fuit. Nisi dicamus, quòd de proprietate sermonis
ac ab vsu patris facta. tum etiam, quia verba in dubio debent
intelligi in potentiori significato, verba debent intelligi
de reseruatione dicti cap. 2. Merito igitur decisio Domi-
norum rectè processit.

Quintum speciale priuilegium, quia reseruat. dict. c. 1.

D ex quo est notoria, quia inducta per ius commune, quod omnibus innotescere debet, repellit agentem spolio, ut est decisio. 16. in no. & in antiquioribus. 20. titulo de restit. spoliatorum, cum multis aliis decisionibus, quæ fortè sunt decem numero, quæ loquuntur super hoc, quas sequitur Bald. nouellus in reper. l. naturaliter. §. nihil commune. fo. ultimo. ff. de acquiren. possess. & Corsetus in tract. an spolia, ante omnia, &c. in 41. limitatione

Sextum speciale priuilegium, quia intrusus in beneficio reseruato non solum non facit fructus suos, ut superius dictum est, sed etiam taliter intrusus nulliter confert beneficia ad ipsius beneficii reseruati collationem spectantia, ut dicit Rota in antiq. decis. 183. incipiente, not. ubi aliquis.

E cuius contrarium est in aliis beneficiis, ut ibi dicitur, in decisio. 4. de præb. in antiquioribus. & per Egid. de cis. 66.

Septimum speciale priuilegium, quia reseruatio prædicta non solum impedit optionem, ut in c. si. de consue. lib. 6. sed etiam impedit optionem cameræ pertinentis ad illud beneficium, ut dicit cardinalis in consi. 16. dominus papa. Ex quibus omnibus adparet specialitas, & fortior prærogatiua istius reseruati. Nimirum igitur si text. noster appellatione reseruati (dato quod aliæ reperitur in corpore iuris clausæ) de illa clausula in d. ca. 2. intelligere voluit. Et ratio prædictorum colligitur ex verb. extrauag. piæ sollicitudinis Bonif. 8. ubi dicitur, quod papa intendit de istis beneficiis vacantibus in curia specialibus, & dilectis personis prouidere. Ex quibus arguitur reseruati prærogatiua. Et quod dictum est de reseruati in corpore iuris clausæ, quæ differt ab aliis propter singularem eius prærogatiuam, idem dicendum est de priuilegiis in corpore iuris clausis, quæ habent viginti specialia priuilegia ultra ius commune, quæ sigillatim scribit Gulielmus Monferrat in commentariis Pragmaticæ. fo. 53. cum sequ. quos apud aliquem alium scripta non legi, licet penè infinita viderim. Quæ omnia addenda sunt ad Moder. in tract. reseruat. qui super ista reseruati in corpore iuris clausæ sicco pede transferunt.

F Ais personis prouidere. Ex quibus arguitur reseruati prærogatiua. Et quod dictum est de reseruati in corpore iuris clausæ, quæ differt ab aliis propter singularem eius prærogatiuam, idem dicendum est de priuilegiis in corpore iuris clausis, quæ habent viginti specialia priuilegia ultra ius commune, quæ sigillatim scribit Gulielmus Monferrat in commentariis Pragmaticæ. fo. 53. cum sequ. quos apud aliquem alium scripta non legi, licet penè infinita viderim. Quæ omnia addenda sunt ad Moder. in tract. reseruat. qui super ista reseruati in corpore iuris clausæ sicco pede transferunt.

QVÆSTIO TRIGESIMA SECUNDA.

Q VÆRO, nunquid dicatur habere coloratum titulum ad effectum istius regulæ, qui fuit præsentatus, & in

& institutus ad capellam testatoris in vita vxoris contra A
voluntatem testatoris prohibentis presentari capellanum
in vita vxoris suæ?

SOLVTIO. Decius ponit in terminis istam quæst. in
confi. 120. incip. in causa venerabilis presbyteri. & post plu
res notabiles rationes concludit prædictum titulum fuisse
canonicum & coloratum quo ad effectum istius regulæ.
Et quod ista regula defendat taliter institutum, huiusmo
di ratio assignatur, quia cum capella ad quã præsentatio
fieri debuit, iam fundata & dotata fuerat secundum disposi
tionem testatoris, talis capella statim episcopo subiecta
fuit. c. omnes basilicæ. 16. q. 7. & c. cum episcopus. de offi.
ordi. lib. 6. cum concord. vt per Card. in confi. 118. in fine.
Ergo in voluntate episcopi fuit præsentatione factam ad. B
mittere, quæ licet contra testatoris voluntatem facta fuit,
ex quo tamẽ iuridica erat, eius effectus impediri non de
buit, & per consequens testator in præiudicium episcopi
facere non potuit, quod præsentatio prædicta, & institutio
non valent: quod nihil aliud profecto esset, quàm capel
lam ab eius potestate eximere, quod illi prohibetur, vt di
cit Bar. in l. quotiens. §. fin. ff. de admin. tut. Et Abb. in c. re
quisiti. col. penul. de test. Quia testator facere non potest,
quod leges in casibus suis locum non habeant. l. nemo po
test. de leg. 1. Præsertim quando voluntas testatoris antea
per patronos, ad quos id pertinet, executioni demandata
reperitur, quo casu episcopus de illorum consensu mutare
eius voluntatem potuit, vt tradit Felyn. in c. super his. in 2. C
col. de accusa. quia potest de consensu patronorum volun
tatem testatoris alterare, vt tradunt omnes in c. cum acces
sissent. de constit. & Rochus in tract. iurispat. in verbo, pro
eo q. in 15. q. vbi latissimè hoc probat. Et propterea Rota
in vna Astoriceen. Capellanie, coram R. D. Raynaldo Petru
tio. 5. Martij. M. D. XXXVI. iudicauit episcopum capella
num amouibilem per testatorem in capella sua positum
perpetuum facere posse, per ea quæ not. Imol. in l. i. ff. de
condi. instit. & ea quæ Rochus dicit in d. q. pro qua deci
sione allegabatur etiam confi. Paul. de Cast. 358. lib. 1.

Postremò ista opi. fundari potest, ista ratione, quæ appo
nit gladium ad radicem: quia ex quo institutio facta ab eo
qui originaliter potestatem instituendi habuit, dato q. in-

Distutio per testatorem impediri potuerit, nihilominus si facta fuit, coloratum titulum tribuit. & hoc sufficit ad effectum istius regulæ, quæ, ut dictum est, plures in præcedentibus non excipit, nisi duos casus in quibus non vult titulum haberi pro colorato. Ergo in contrariâ regula procedet.

QVAESTIO TRIGESIMATERTIA

QVAERO, an ille titulum coloratum habere dicatur, cui ordinarius contulit beneficium, quo alteri per sententiam priuationis abstulerat, de cuius sententiæ processu non constat?

SOLVITIO. Rota die 4. & 7. Februarij M. D. XXXVI. in vna Valentina spolij de Torrent. coram D. Nicolao Aragona tenuit quod non. Ratio fuit: quia vbi euidenter & notoriè constat de fundamento tituli infecto, talis titulus non dat colorem, quia dicitur emanare de facto, & non de iure, ut Fely. tradit in correl. 2. c. in nostra. de rescrip. sed clarum est sententiam non constito de processu nullam esse, ut Egidius dicit decis. 89. Ergo collatio episcopi fundata super illa sententia, nullius erit momenti: quia vbi nullum est subiectum, corrumpit correlatiuum, ut dicit Bal. c. 1. de feuguardia. per glo. in c. 1. de fid. instr. Non potest igitur talis collatio titulum coloratum tribuere: quia titulus coloratus, debet habere vltra id quod proueniat ab eo, qui dare potest, & debet in se quandam præsumptæ iustitiæ imaginem continere. Itaque eius claritas, seu veritas notoriè non adpareat, quia tali casu aut erit titulus omnino bonus, aut omnino malus, in quibus regula non habet locum. debet igitur titulus adparenter esse coloratus, quia in dubio præsumitur bonus ad effectum possidendi. Cum igitur hic notoriè adpareat de fundamento collationis episcopi, quæ est facta de beneficio viuentis sub prætextu sententiæ priuationis, de qua non adparet, merito talis collatio non tribuit titulum coloratum.

Adde prædictis similem decisionem, quam hodie. 26. Ianuarij M. D. XL. in vna Vincentina parochiali, coram me fecit Rota, videlicet, quod possidens per triennium pacificè beneficiû ex titulo resignationis Hieronymi, si propter modum in supplicatione expressum, non seruatum beneficium à prædicto possessore reperatur, tanquam quod non fuerit in illum titulus translatus, possessor non poterit ista regulâ

regula iuvari: quia non dicitur habere titulum coloratum, ex A
quo papa non visus fuit illi providere, nisi servato modo,
iuxta tradita per Abb. in c. cum pridem. de pac. & alibi sepe.

QVAESTIO TRIGESIMA QVARTA.

QVAERO, an per citationem nulliter factam possessio
pacifica, de qua loquitur reg. ista, interrumpatur? Si in cita
tione non
SOLVITIO. Ista quaestio plenius discussa fuit in exprima
regula de annali q. 45. & ideo ibi dicta non repetam. Nam tur causa
concluit ibi Rota, possessionem pacificam non interromp
quare fiat
citatio &
Et idem quo ad istam regulam Domini tenuerunt in vna
causa pete
Wirdunen. Canonatus & praebendae, coram R. P. D. D.
di, non va
Petro Vortio episcopo Aquae. de mense Iunio m. d. xxxix.
let tam in
Rationes istarum decisionum ponuntur in d. q. 45. ideo personali q
in reali a
B catione:

QVAESTIO TRIGESIMA QVINTA.

QVAERO, ibi electione, & electionis huiusmodi con
firmatione, seu praesentatione, & praesentationis in
bel. oblat.
fir. &c. An sola electio, vel sola praesentatio deti
& talis ci
tatio habe
rum pro no
SOLVITIO. Text. hic innuere videtur quod non, cum
facta: vt c.
bonae. el. 2.
copulatiue loquatur de electione, & confirmatione, & de
extra de e
praesentatione, & institutione, & ad veritatem copulatiue
in c. si epi
requiritur concursus utriusque copulati. c. ex parte. & in c. lect. & glo.
inter. de rescript.

In contrarium facit gl. in c. quanto. 63. dist. quae vult per
scop. tertia
q. 2. & c. vl.
solam electionem ius tribui, & per consequens titu. colo
s. q. 2. ideo
ratum. Et illam glo. sequitur Abb. in c. 2. & in c. q. autem. & c. per c. 1.
in c. nobis. de iurepat. & in c. cum inter canonicos. & in c. tione nulli
& alibi sepe. Et sequuntur Moder. in tract. elect. in prima
fessio: vt in
parte c. 8. & 12. & Rochus Currius in tract. iurispat. in prin.
rib. alleg.
q. 4. cum sexcentis concord. quae cumulat Felyn. in c. cum
10 ANN.
Bertoldus. in l. col. de re iudi. & reassumunt Moder. in tra.
MILLAB.
dat. beneficij in l. quaest. tertiae partis.

Tamen istis non obstantibus prima opinio est verior &
communis, pro qua est hic text. clarus, & etiam eam dicit
communem cardin. Alex. in d. c. quanto. plura allegans. &
Fely. tandem istam opi. dicit magis veram in d. c. cum Ber
toldus. & sequitur etiam Gloss. hic, ad eod. q. est firma con
clusio q. per solam praesentationem, vel electionem, siue

De confirmationem vel institutionem non tribuitur ius in re, sed ad rem, & sic quoddam preparatorium ad consequendum beneficium per rationes & fundamenta quæ ibi allegantur per eos, quæ breuitatis causa non refero. Et hoc esse verum adparet per plura exempla. Nam videmus, quod interficientes tantum electum, in pœnam interficientis episcopum non incidunt, vt dicit Bald. in l. si nondum. C. de fur. sequitur Ias. in l. 2. C. de inofficioso testam. & in l. 1. §. qui mandatum, in 1. col. ff. de offi. eius. Sic etiam nec imperatio facta per obitum electi tantum non consecrati tantquam de beneficio vacante per mortem non valet, prout probat Fely. in c. in nostra. 31. corrol. col. penul. de rescrip. Hinc euenit, quod electus tantum episcopus indulgentias **E**t concedere non potest, vt dicebat Francis. Versellensis in c. accedentibus. de excess. prælat. per illum text. & Arch. in c. 1. de pœnit. & remiss. lib. 6.

Ex quibus omnibus inferitur, quod cum per solam electionem ius in re non tribuatur, nec potest etiam per eam haberi titulus coloratus. Et cum istis concordant ea, quæ R. P. D. Cæsar Lambertinus episcopus Insulens. tradit in nouissimo tract. iur. pat. in 8. articulo §. q. principalis. secunda partis. 2. lib. aliàs fol. 302. Quæ omnia de plano procedunt in electionibus collegialiter, vel ab aliis factis: qui confirmare eas non possunt: si verò ab illis electio facta fuerit, qui confirmandi potestatem habent, talis electio ius plenum in re, & per consequens titulum coloratum tribuit: quia talis electio loco prouisionis plenè habetur, prout latè probat Fely. in c. eam te. in 3. col. de rescript. Et ita fortè concordari possunt opiniones contrariæ.

QVAESTIO TRIGESIMASEXTA.

QVAERO, an titulus coloratus requisitus in ista regula probetur per confessionem actoris?

SOLVTIO. Videtur dicendū quod sic, quia ista regula non emanauit ad finem adiudicandi beneficiū, sed solum ad excludendū agentem per exceptionem, qui sibi potuit ex sua confessione præiudicare. Et sicut confessio rei in iudicio recuperandæ proficit actori, quo ad titulum coloratum inducendum ad finem recuperandi possessionem deperditā, vt sunt claræ decisiones Rotæ in no. ti. de rest. spo. 17. & 19. incip. Item fuit dubitatum, Longè magis debet illa

ha confessio proficere ad possessionem defendendam, & A
 excludendam molestiam, iuxta intentionem istius. Nam
 cum lex dar actionem, fortius illi exceptionem concedit. l.
 1. §. quod ait. ff. de superfic.

Conferunt ad ista multa, quæ scribit Felyn. in cap. olim,
 de rescrip. Et rationes Dominorum in decisi. 4. titu. de re
 iud. Et ea, quæ scribunt Philip. Perusinus in ca. ad decimas.
 col. 9. de rest. spol. lib. 6. Et in ca. 1. colum. 4. de eo, qui mit.
 in poss. caus. rei ser. eod. lib. Et Præposit. in cap. porrò. col.
 4. de diuor. & in cap. 1. colum. 3. sexta. q. 1. alias 3. q. 1. Et Ni-
 colaus Militis in verbo, possessorio recuperanda. Gemin.
 consi. 147. incip. super isto dubio. col. 2. & Guido Papæ q.
 1. Et licet confessio super titulo non probeat institutione
 canonicam, cum non dependeat à parte, dare titulum in B
 beneficio, vt not. Arch. & Ioan. And. in nouel. in cap. 2. de
 confes. lib. 6. cum concord. de quibus per Præpos. in ca. su-
 per eo. de eo, qui cogno. consang. vxor. suæ. Tamen illud
 procedit, quo ad hoc, vt vi gore confessionis fieri debeat
 ad iudicatio beneficij, vt dicit Egid. decisi. 183. secus verò,
 quo ad effectum defendendi se in possessione. Vel dici po-
 test, quòd confessio, licet nihil operetur contra alios, quo
 ad alios: bene tamen prodest contra consententem. Nam si
 ibi præiudicat, vt repellatur, & ei silentium imponatur, vt in
 d. c. 1. & per glo. iuncto text. in verbo, cõstitit. in c. post ele-
 ctionē. de concess. præb. Et ita videtur hic concludendum.

QVAESTIO TRIGESIMASEPTIMA.

QVAERO, nunquid possidens beneficium per trien- C
 nium ex collatione capituli, de cuius potestate non
 constat, dicatur habere coloratum titulum?

SOLVTIO. Hanc difficultatem breuiter resoluiam, ex
 eo, quia Domini mei Auditores in causa Traiectē. coram
 R. P. Dom. Petro Vortio de mense Ian. m. d. xxx tenuerunt
 titulum coloratum non esse, ex eo, quia regula ista lo-
 quitur de collatione ordinaria. Ergo de collatione per epi-
 scopum, vel alium natiuum ordinarium facta intelligi de-
 bet, qui de iure communi iurisdictionē ordinariam habet:
 vulg. c. quia diuersitatē. & c. ad decimas. & cap. omnes basi-
 licæ. cū similibus. Non autē debet intelligi de collatione,
 quæ cõpetit capitulo, vel alteri iure priuilegij, vel extraor-
 dinario, vt in c. cum venissent. cū ibi not. de initi. Quia ver-

GGG

Dba in dubio de iure ordinario, non extraordinario intelligitur. l. Seio. §. medico. ff. de ann. leg. cū concord. vt scribit Decius in c. inter cetera. in 3. col. de appell. dixi in cap. i. in gloss. de constitu. lib. 6. & tradit Soci. in l. qui Romæ. §. Calimachus. col. 5. de verb. oblig. & isto modo intelligendo verba regula naturaliter & simpliciter, non autem secundum quid intelligentur: iuxta tex. in l. i. ff. dona. & in l. fi. C. de iis, qui ven. ata. impe. & in l. hoc legatum. & ibi Bar. ff. de leg. 3. & in l. i. §. hoc interdictū. ff. de fonte. quæ omnia cum verificari non possint in collatione capituli, merito conclusum fuit non tribuere titulum coloratum, nisi aliter iustificetur.

QVAESTIO TRIGESIMAOCTAVA.

QVAERO, nunquid noua prouisio impetrata in curia pro absente, qui à capitulo, de cuius potestate non constabat, prouisus fuerat, det titulum coloratum ad effectum istius regulae?

SOLVTIO. Reueren. Do. Pet. Vortius, nunc episcopus Aquæ. hoc dubiū in Rota proposuit, de mense Ianuario m. d. xxx. in causa Traiectē. Et pro parte negatiua dicebatur, quod illa noua prouisio nō daret titulum coloratum: quia nō constabat illa de consensu absentis impetratā fuisse, & ideo illius non præsimitur, iuxta ea, quæ dicit Card. consil. 25. col. 2. & Gemi. consil. 33. Imò verba ipsius nouæ prouisionis contrariū innuere videbatur, dū in ea de possessione forsan subsequuta mentio fiebat. Et sic, propter illam conditionē Forfan, de possessione sua (quod est factum propriū) dubitare videbatur: de qua tamen, vltra q̄ in actis clare constabat, de illa tanquā de facto proprio, impetratū certus esse debebat, & nō dubius. l. quanquā. C. ad Velleia. c. ab excommunicato. de rescip. Et per consequens videbatur dictū nouā prouisionē, potius ab aliquo amico absente, eo inscio & ignorante, impetratam fuisse, quam ab ipso.

Istis tamen non obstantibus, omnes Domini, excepto Domino Christophoro Panigarola, contrarium tenuerunt, videlicet, quod dicta noua prouisio det titulum coloratum: quia emanauerat à papa, & sic ab eo, qui dare titulum poterat, iuxta doctrinam traditam in ca. cum nostris. de cōcellatione præb. Et tenendo istam opinionem, motiū pro contraria parte adductū non obstat: quia licet non cōtinet, nouam

nam provisionem per absentem impetratam fuisse: ex quo A
tamen dicta noua provisione, cum impensa expedita reperi-
tur, præsumitur impetrata de cōsensu absentis, iuxta not.
in l. cum seruus. ff. de verbo. obliga. Et hoc in terminis te-
net Oldr. in consilio 136. col. 2. & Specu. titu. de appella. §.
nunc breuiter. versi. quid si adpareat. Et sic constat, quod
dicta per Cardi. & Gemin. in dictis consiliis, procedunt in
simplici supplicatione, in qua impetranda modica impensa
interuenit. Secus tamen, si considerabilis impensa facta
fuit: nam tali casu etiam si ille, sub cuius nomine cantat no-
ua provisione, absens fuerit: ex quo tamen commodum eius
cōcernit, præsumitur eam sciuisse, & ratam habuisse, iuxta
consil. Rom. 350. & dixi in regula de annali. q. 32. nume. 6.
Et talis ratificatio multo magis præsumi debet, quando à B
tempore data dictæ nouæ provisionis, tantum temporis
decurrerat, infra quod verisimiliter ad notitiam absentis
peruenisse poterat. Et ita Domini multis aliis motiuis, que
breuitatis causa omitto, die 21. Ianuarij M. D. XXX. vnani-
miter concluderunt.

QVAESTIO TRIGESIMANONA.

QVAERITUR, an possessori triennali pro colorato titulo
sufficiat bulla pensionis expedita pro illo, qui resigna-
uerat eidem possessori beneficium quod possidet?

SOLVTIO. Istud dubium modo in Rota peditur coram
me in causa Gratianopolitana. Nam Io. Lazarus de Zara-
pica resignauerat quandam parochialem in fauorem Io. de
Bogij possessorem cum certis pactis & cōventionibus, de C
quibus in literis: postea dictus Io. Lazarus resignans mori-
tur, & Marianus de Magistris impetrat parochialem per
obitum dicti Ioan. Lazari, & deinde dictum Ioannem pos-
sessorē ad iudicium traxit. Possessor excipit de regula ista:
Dictus Marianus impetrans replicat dictum Ioannē nullū
titulū saltē coloratū habere, prout ista regula requirit: tri-
plicat Io. Bogij pro colorato titulo bullam pensionis pro
Ioanne Lazaro expeditam sibi sufficere, in qua Clemens
narrat Leonem eius prædecessorem dicto Ioanni Lazaro
pensionem ex causa resignationis factæ in fauorem dicti
Ioannis possessoris referuasse: dictus verò Marianus impe-
trans dicit hoc non sufficere. Quæritur quid iuris?

Pro parte dicti Mariani impetratis facit: quia verba nar.

G G G ij

D rativa Papæ in his, quæ non dependēt à facto proprio, maxime in præiudicium tertij, non probant, vt not. in clem. li. teris. de probat. & tradit latē Fely. in c. cum à nobis. de testi. ergo nec per cōsequēs à fortiori dat titulū non habēt.

Item, quia in dicta bulla renūtiatio narratur facta cum certis conditionibus, quas nō constat Ioan. Bogium impleuisse: ergo antequam cōstet impletas cōditiones fuisse, titulus non confertur, nec renuntiatio effectum habet, vt tradit Abb. in c. cum vniuersorum. de rerum permut.

Pro parte verò contraria adduci potest, quia Ioannes Bogius est possessor, ad cuius possessionē tuendā quodlibet adminiculum sufficit, & adminiculum in casu præsentis sumi potest ex prædicta bulla, in qua principaliter renuntiationem Ioannis Lazari in dictum Ioā. Bogium factam fuisse narratur, & hoc etiam Marianus impetrans in articulis suis fatetur. Et ideo sola illa confessio in articulis facta titulum coloratum tribuere videtur, vt in terminis est decisio Rotæ in nouis, in titulo de resti. spol. decis. 17. incip. itē fuit dubitatum & quæsitum, & c. & decis. 19. eod. titul. cum plur. cōcord. vt dixi superius. q. 36. Et facit decis. 245. incip. not. q. vbi. in antiq. & decisio. Egidij 183. incip. assertioni.

Præterea, quia verisimile est papā nō asseruisse resignationem in fauorem dicti Ioānis factam fuisse, nisi ita ellet, & illa assertio, posito quod plenē nō probet, saltē præsumptionem tituli inducit, vt Egid. dicit. Pro quo facit optimè ratio ad dicta per eundem Egidium decis. 578. incip. a. spoliatus. & per Bald. nouellum post Alexand. in repet. §. nihil commune. col. 22. & in 10. & 32. fall. ff. de acquirend. poss. Et per Imol. in clem. 1. col. 10. de causi. pos. Abb. in c. in literis. col. 12. de rest. spol. cum similibus.

Et ista opi. magis iustificatur: quia dicta bulla pensionis expedita fuerat in forma, vt rationi congruit, in qua secundū stylū solet data supplicationis admittæ resignationis inseri, super qua supplicatione bullæ expeditæ fuerunt pro Lazaro: nec est verisimile, quod si renuntiatio verè facta non fuisset, dictum Ioannem Lazarum expensam expeditionis bullarum fecisse: quia nemo præsumitur iactare suum, vulgā. cap. super hoc. de renuntiatio. Præterea, quia in correlatiuis, quod prodest vni, prodest alteri correlatiuorum, vt traditur in l. fin. ff. de acceptila. Et hinc dicimus, quod

quod dilatio data debitori, censetur data creditori, ut dicitur in l. pet. de. C. de in integ. rest. pet. & diligentia appellantis prodest appellato, ut dicit quaedam decis. in no. de dolo & contum. Ex quo igitur Ioan. Lazarus resignans bullas pensionis expediuit, illæ prodesse debent Ioanni Bogio resignatario: quia in correlatiuis, &c. sicut dicimus in correis, quod beneficium concessum vni, prodest alteri, vni l. i. C. quando plur. vna sent.

Finaliter, aliis omisis, Rota die 23. Decembris. M. D. xxxii. conclusit dictum Ioannem Bogium possessorem absoluentem fore, & illam resignationem pro colorato titulo possessionis sufficere. Nec obstat, quod in dicta resignatione certæ conditiones adimpleri debebant per Ioannem Bogium, quas non constabat impleuisse: quia illud procederet, quando resignans hoc allegaret: sed ex quo resignans est mortuus, Marianus impetrans hoc allegare non potest: quia ad illum non attinet, ex quo est tertius, & exceptio sua non est clara: & in hoc dubio, quia non est ius clarum, quo ad ipsum, & sufficit Ioanni Bogio, quod reperitur in possessione, & ita in dicta causa Gratiopolitana Rota conclusit, & idem in simili pro colore ad spolium restituendum tenuerunt Domini coram R. D. Ioanne Clerici, & coram me in vna Aretina parochialis de mense Iulio M. D. xxxvii.

QVAESTIO QVADRAGESIMA.

QVÆRO, nunquid capiens beneficium litigiosum vacans, vigore suæ gratiæ expectatiuæ, dicatur habere titulum coloratum, ad effectum istius regulæ?

SOLVITIO. Prima facie videtur dicendum quod sic: cum possessor habeat expectatiuam à Papa, & sic ab eo, qui beneficia litigiosa conferre potest: & ideo talis dicitur habere coloratum titulum, ut traditur per Abb. & alios communiter, in vulgato cap. cum nostris. de concess. præb. imò attendi potest, acceptantē beneficia ecclesiastica, vigore gratiæ expectatiuæ, non solum coloratum, sed verum titulum habere, ex eo, quia expectans litigiosa acceptare potest, ut per plura motiua probat Egid. in cons. 35. ergo dicitur habere titulum coloratum. Et hoc in casu isto à fortiori procedit, ex eo, quia illud vitium litigiosi purgatum fuit per extinctionē litis, post acceptationē sequutā. arg. l. postquā liti.

GGG iij

QC. de pact. post cuius extinctionē triēnalis posses. pcesit.
Istis tamen non obst. hodie 15. Decembris M. D. XXXVII.
coram R. D. Raynaldo Petrutio Rota in vna Cæsaraguit.
vicariæ de Azuaria tenuit contrarium. Ratio decisionis
fuit: quia de stylo antiquo, & fortè etiam de iure, expecta-
tiua nō capit beneficia litigiosa, vt tenet Bonifacius de Vi-
talinus Rotæ auditor, in clem. 1. in 5. col. vt lit. pendens. & vi-
detur de hoc text. in c. 2. vt lite pend. lib. 6. Cuius decretum
in curia clarum & notorium est: & ideo tali casu expecta-
tiua nullum colorem tribuit. Facit decisi. Rotæ 28. de con-
ces. præben. in antiq.

Et ista de plano procedunt, quando sumus in claris, q̄
expectatiua talia beneficia non capit, vt hic. Secus autem
En dubio: quia tali casu expectatiua faceret titulū coloratū.
Vt exempli gratia, quando expectatiua reuocata de facto
caperet beneficium, quod alias sub dicta gratia compre-
hendebatur, vigore cuius expectans postea per triennium
pacifice possedit. Nam tali casu, expectatiua daret titulū
coloratū. Ratio est: quia ex quo reuocatio expectatiuā
consistit in facto, iuxta l. consilio. ff. de cur. fur. quod factū
potest probabiliter ignorari, & in dubium verti, vt in cap.
1. de const. lib. 6. in hoc dubio expectatiua tribuit colorem
& excusationem probabilem, fortè, quia ante vacationem
expectatiua reualidari potuit: & ideo nil mirum, si in isto
dubio Rota voluit possidentem triennio beneficium, vigo-
re expectatiuæ reuocata, coloratū titulū habere, prout
F Rota tenuit coram d. Paulo Capisucco in alia causa. Secus
verò, quando non sumus in dubio, quòd beneficia sub ex-
pectatiua non comprehendantur, vt in casu nostro, in quo
est dispositio iuris clara, de qua in d. cap. 2. cuius ratio ge-
neralis est, & ignorari non debet, iuxta c. 2. de const. lib. 6.

Et per hoc adparet d. consil. Egid. 35. hoc casu non esse
verum. Possent tamē dicta Egidij habere locum in casu de
cisionis 14. vt lit. pend. in no. vbi ponitur casus notabilis,
in quo gratiæ expectatiuæ possunt litigiosa beneficia ca-
pere. Verbi gratia, vt quando impetraui gratiam à papa in
forma iuris, si constiterit Titium fuisse homicidam, benefi-
cium mihi conferatur. Nam si lite pendente Titius moritur,
poterit expectans tale beneficium acceptare, rationibus de
quibus ibi. de quo tamē videndū est aliquid per d. Gundi-
saluum

in tract. leg. q. 13. primæ partis, col. 15. vel posset confi
 A
 Egidij habere locum in casu decisi. 588. in antiq. vide-
 licet, quado expectas vellet profequi ius ex acceptatione
 sua questu, contra colligantem superstitem: quia tali casu
 acceptatio beneficij litigiosi, quo ad hoc, valida esset, vt
 ibi dicitur. & ad ista pro & contra, facit consil. Old. quia
 Vgo. circa fin. cuius ratio optimè quadrat ad regulam de
 subrogandis. & videnda sunt, quæ dicam infra questione
 proxima, vbi sub quadam distinctione ista q. declaratur.

QVÆSTIO QVADRAGESIMAPRIMA.

QVÆRO, quid si ordinarius cõtulit vni tertio, puta
 Titio non colliganti, beneficiũ litigiosum, vacans
 per obitum alterius ex colligantibus possessoris:
 & ille tertius postea triennio possideat pacificè, vtrũ dica
 B
 tur habere titulum coloratum, ad effectum iustis regula?

SOLVTIO. Videtur prima facie dicendũ, qd non, pro-
 pter inhibitionẽ & decretũ, de quo in cap. 2. vt lite pend.
 lib. 6. quod discolorat, & inficit titulum, & possessionem,
 de eandem ferè effectum, quem reservatio hic in regula
 excepta, inducit: adeo quod talis collatio omni adminicu-
 lo iuris carere videtur, vt in terminis dicit decisio 1. vt lit.
 pend. in antiquo. & decis. 1. de rest. spol. in no. in addit.

Accedit, quia possessio dicti Titij prouisi, attetata vide-
 tur, & vt talis reuocari potest, vt est decis. 10. in ti. vt lite pe-
 den in no. & decis. 5. eod. tit. in antiq. Et adeo prædicta ve-
 ra sunt, qd acceptatio & prouisio vigore gratiæ expectati-
 uæ de tali beneficio facta, non valent, vt est decis. 12. vt lite
 C
 pend. in no. & decis. 2. eod. tit. in antiquo. Sequitur Bonifa-
 cius Rotæ auditor, in clem. auditor. in fi. de rescript. Hinc
 est, qd intrusus in beneficio litigioso, si spoliatur, nõ debet
 restitui, obstante decreto. d. c. 2. vt est decis. 4. tit. de resti.
 spol. in antiquo. Bisignet. Ratio prædictorum est: quia hu-
 iusmodi possessor non dicitur titulum coloratum habere.

Tamen iustis non obstantibus cõtraria opinio verior vi-
 detur, videlicet, quod prouisus ab ordinario de beneficio
 inter alios litigioso, defendatur ista regula. quod videtur
 sentire. d. Guliel. hinc in 7. & 11. decis. Ratio decisionis fuit:
 quia ista regula titulu in duobus tantum casibus hic excep-
 tis discolorat. Ergo in omnibus aliis casibus nõ exceptis
 manet dispositio regulae firma. Cũ igitur iste casus non

Dicitur de exceptis, merito in illo locum habebit regula.

Non obstant, quæ superius in contrarium allegata fuerunt. Primò, quòd tertius non collitigans, intrans possessionem beneficij litigiosi, dicatur attētare: quia est verum, quo ad hoc, ut possessio ab eo, per superstitem collitigantem euinci possit: ipsa tamen possessio litigiosa non dicitur quo ad tertium: quia vitium litigiosi non afficit nisi partem colligantem, non autem tertium, qui nō est in lite, ut dicitur decis. 3. in lite pendente. in no. circa fin. gloss. in l. creditor. in princip. in verb. posse. in fin. ff. manda. Fely. in cap. exceptio. colum. 7. versic. fallit quintò. de except. Decius in cap. sua nobis. colum. 3. versic. quartò fallit. de appellat. & alibi saepe. Et ideo si talis tertius prouisus, per triennium

E postea possederit, dicitur pacificè possidere, & exceptione istius regulæ uti poterit. Et licet ordinarius beneficium litigiosum conferre prohibeatur, ut hoc respectu, talis prouisio discolorata dici possit, obstat decreto, & inhibitione posita in dicto c. 2. illud procedit, quo ad effectus iuris communis, iuxta quos talis coloratus dici non poterit, adeò quòd si taliter prouisus spoliaretur, illi non daretur restitutio, ut dicta decis. 3. Bisigneti. & tradit dict. Guliel. in titu. de restit. spol. decis. prima. Tamen quantum ad prerogatiuam istius regulæ, talis titulus coloratus erit, cum sit datus ab eo, qui originaliter de illo providere poterat, licet accidentaliter prohibeatur. Et tali casu, causa originalis attenditur, & non accidentalis, iuxta. l. qui habet. ff. de tutel. & ita reg. procedet. Nec obstat etiam, q̄ acceptatio beneficij litigiosi, nec prouisio executoris, virtute gratiæ expectatiuæ valeat, ut in dictis decisio. ut conclusi in proxima præcedenti quæstione. Quia illud procedit, quando post litem inceptam emanauit expectatiua. Secus, si antè, ut dicit Egid. in d. cap. 2. & in consilio 35. vbi notabiliter loquitur: & Oldr. cons. 299. in fine. Vel dici potest, quòd magna est differentia inter illum casum, de quo in præcedenti quæstione dicam, & istū. Quia ille casus, propter ambitionē restringendā in materia odiosa, qualis est expectatiua, continet spem improbabilem, ut in cap. 1. & 2. de concele. præbend. restringitur, ut coloratum titulum non det, obstante decreto. Secus in prouisione ordinaria dicendū est, quæ à iure fauorabili ampliatur, & ideo in ea diuersum ius inducitur

inducitur, vt videlicet inducat titulum coloratum, argum. A
 cap. si pluribus. de præbend. lib. 6. Præsertim quia, vt saepe
 dictum est, quo ad effectum istius regulæ, omnis titulus di-
 citur coloratus, qui specialiter hic exceptuatus non est,
 dummodo sit datus ab eo, qui naturaliter potest conferre.

Et istud fundamentum generale erit, & ad plures qua-
 siones valens, quæ in progressu istius regulæ discutiètur.
 Nam per hoc fundamentum potest decidi illud dubium
 quod in causa Tuden. parochialis Sanctæ Euphamiæ pro-
 posuit R. D. Marcus Antonius Marscortus in Rota, die 12.
 Aprilis. M. D. XXVIII. videlicet, an possessor triennialis, qui
 ingressus fuerat possessionem, lite pendente, inter alios
 debebat gaudere priuilegio istius regulæ?

QVAESTIO QVADRAGESIMASECVNDA. B

QVAERO, an ista regulæ de trienniali, sicut requirit ti-
 tulum saltem coloratum, requirat etiam bonam fidem?

SOLVTIO. Guliel. hic in quadam decisione in-
 cidenter tenet, istam regulam requirere bonam fidem. Vt in
 causa Salamatina. coram domin. Iacob. Simonetta refert di-
 scutando sensisse Dominos. Et idem tempore meo, in vna
 Conchen. præstimoniorum, coram R. D. Ioanne Clerici
 de mense Martio M. D. XXXIII. interloquendo sentire
 videbantur. Postea verò, melius discussa, propter confi-
 sum rationum, vota Dominorum in duas partes contra-
 rias diuisa, paria remanserunt: deinde causa saepius disputa-
 ta ac proposita, pro parte affirmatiua, quidam ex Dominis
 hoc motuum adducebant, quod possessio ista triennialis
 quandam similitudinem præscriptionis habere videbatur:
 vti in simili casu dixit Abb. in cap. contingit. col. 3. de dol. &
 contum. Et tamen clarum est, quod in præscriptione, ultra
 titulum bona fides requiritur, vt patet in l. i. & l. super. C.
 de præscriptione long. temp. præsertim in fore canonico:
 vt in c. fina. de præscrip. & cap. possessor. de reg. iur. lib. 6.
 Ergo eodem modo in ista regulæ.

Præterea, quia licet fouenti bonum ius super beneficio
 ab alio possessio, per lapsum trienij silentiū imponatur, adeo
 quod agere non possit: sicut neq; ille agere potest, contra
 quem lata fuit iniusta sententia super beneficio, quæ transi-
 uit in rem iudicatam, vt patet in cap. cum dilecti. de elect.
 & cap. cum olim. de dol. & contum. cum aliis, de quibus per
 G G G - v

D Hostien. in summa, titu. de concess. præben. §. 2. & Innoc. in cap. ad aures. & cap. mandatum. de rescriptis. Nihilominus tamen, si is, pro quo lata est sententia, notitiam iniustitiæ habeat, & sciat in beneficio ius non habuisse, nec de iure ad eum pertinere, certè talis nunquam illud beneficium, salua conscientia, retinere poterit, nec cursu temporis inuabitur. Ita est hic dicendū, quòd licet possessor triennalis privilegio istius regulæ, & habens etiam sententiam pro se iniustam, virtute rei iudicatæ in foro fori, siue contentio so defendentur: in foro tamen conscientia præfati tui nõ erunt, ex quo sciunt, nullum in beneficio ius habuisse. Et

E ideo contra tales se clypeo istius regulæ, vel rei iudicatæ defendentes, habentes ius bonum per viam denũtiationis euangelicæ agere possent, dicentes illos in peccato esse, detinendo beneficium sine titulo, vt dicit expressè Abbas & Imol. in cap. primo. colum. fina. de concess. præbend. Sicut videmus, quòd triennium istius regulæ non impedit, nec ligat superiorem: quominus nõ possit repellere triennalem, si eum ius, seu titulum canonicum in beneficio non habere repererit: tradit Felynus post alios in capit. illud. de præsumpt. & melius in capit. sicut. in decimalexta col. de re iudicata. & latius in capit. licet. de simo. quia trienna-

F lis possessio non dat ius, vt dicit Abb. in cap. contingit. de dolo & contum. Confirmatur ista opinio: quia certum est, quòd interruptio facta per citationem, ideo impedit cursum triennalis possessionis, aut alterius præscriptionis, quia præsumitur possessor citatus iam habere malam fidem, & titubare de iure suo. l. nemo. C. de acquir. poss. quo fit, quòd talis non præscribat per mille annos, vt dicit expressè Abb. in c. illud. col. pen. versic. & scias. de præscrip. Et tamen si vera esset opinio, quòd hic non requireretur bona fides, talis interruptio non noceret possessori, quæ tamen propter malam fidem nocet, vt superius dictum est.

Istis tamen non obstat. Rota in d. causâ Conchen. præstimoniorum, de dicto anno M. D. XXXVIII re prius diutius disputata, & sæpius proposita, tenuit contrarium, vide licet regulam istam bonâ fidem in possidente non requirere. Et idem Rota tenuit in vna Valentina parochialis, corâ R. D. Io. Mohedano, de hoc anno M. D. XXXVII. Et eadẽ opinionem antiquos dominos Rotæ tenuisse refert Ant. Capua rellis,

illis, advocatus illorū tēporū excellens, in quibusdā suis A
confiliis, redditis in causā Monasteriēsis decanatus. Ratio
decisionis fuit: quia ex quo per istā regulam, ultra ius com
mune, in beneficialibus noua dispositio inducitur, debet
aliquid de nouo, ultra ius cōmune, operari: nihil enim ope
raretur, vel de nouo induceret, si in ea titul. & bona fides,
sicut in temporalibus requireretur, vt in l. i. de vsucap. Præ
sertim, quia per hanc triennalē possessionem, in hac mate
ria beneficiali, quæ magis fragilis est, non ita de grati, per
petuo, & irreparabili præiudicio agitur, sicut in præscri
ptione, siue vsucapione bonorum temporalium, & profa
norum. Ratio est: quia per triennalē possessionē istius re
gulæ, exceptio tantum acquiritur, & non ius, vt dicit Fely.
in dicto cap. sicut. in 16. col. sed in vsucapionibus tempora
libus verū ius, & dominiū acquiritur, vt dicit gl. & ibi com
muniter Doctores in l. traditionibus. C. de pact. ideo nil
mirum, si maior in tēporalibus vsucapionibus solennitas
requiritur, videlicet titulus & bona fides. Sed in casu no
stro, non agitur de quærendo dominio, sed de exceptione
temporali, ad vitā possidētis duratura: propterea papa ad
constituendā differentiā inter istas temporū præscrip
tiones, ac vt aliquid specialius in ista materia beneficiali in
duceret, statuit hīc tantum titulum coloratum sufficere, e
tiam si vigore illius possidens in mala fide fuerit constitu
tus, sciēs beneficiū verē ad aliū pertinere, vel inter alios li
tigiosum fuisse. Et ista procedunt, siue sumus in dubio, siue
in claro, q̄ triennalis possessor malā fidē habeat. Quia si in
dubio, res est plana, quia ex titulo suo colorato in dubio
bona fides præsumitur adesse, & hoc sufficit ad tuendā pos
sessionē, iuxta tradita per Moder. in c. de quarta. de præ
scrip. Nā ille titulus coloratus præstat possessori quoddā
velamē sub cuius vmbra bona fides nutritur, vt dicit Abb.
in c. si diligenti. & ibi Fely. col. pen. vers. cōsidera bene. de
præscrip. Si verò sumus in claro, q̄ possessor triennalis in
mala fide fuerit, idem dicendū est, per supradicta. Nam ex
quo regula ista simpliciter loquitur, intelligi debet tam de
possessore bonæ fidei, quā malæ fidei, iuxta l. r. ff. de vsu a
leat. & aleat. Præsertim, quia ista regula tantū requirit ali
quem, cum tit. colorato, per trienniū pacificē possidere,
nec aliud plus exigit: & ab hoc requisito duos tantū casus

noc. in
omnis
iustitiz
de iure
beneficium,
oris iu
ennalis
am pro
ntentio
turi nō
isse. Et
dicat
rationis
to esse,
Abbas
end. Si
mpedit,
e trien
cio non
it. illud.
ta col.
rienna
ngit. de
tum est,
edit cur
priois,
am fidē,
quo sit,
expres
ip. Ecce
ur bona
e tamen
t.
en. præ
chis diu
um, vide
quire
lis, corā
dē opi
t. Capta
rellis,

D male fidei excipit, videlicet, intrusum in beneficio vacante apud sedē, & simoniacū. Ergo in ceteris dispositio regulariter procedet: quia exceptio firmat regulā in non exceptuatis, iuxta vul. c. cum dilect. de confirmatione vil.

Et iste intellectus adminiculo iuris non caret: quia videmus, q̄ error iuris causat malā fidem: & tamen si adest titulus coloratus, illa mala fides nō nocet, quo ad fructuū acquisitionem, iuxta doct. Bart. in l. sed et si §. scire ff. de pet. hered. & Abb. in c. si diligenti. col. 6. de foro compet. Ergo à fortiori, fructuū perceptio magis licita erit, quādo cum ea concurrat autoritas istius regulæ, quam visus fuit papa ex visceribus. c. 1. de præscrip. eruisse, vbi est text. quod per possessionē triēnalem, etiam cum mala fide, iura ecclesiæ

E præscribuntur. Si igitur hoc papa ibi statuit in rebus ecclesiæ, in quibus per præscriptionē ecclesiæ infertur magnum præiudicium: quia agitur de abdicando ab ecclesia dominio perpetuo, quod transit ad hæredes, à fortiori potest papa in beneficalibus, in quibus non agitur de tāto præiudicio, nec de dominio perpetuo acquirendo, statuerē. Quia videmus papā concedere posse fructus beneficiorū, etiā sine titulo beneficij, vt patet in ca. si propter. de præscrip. lib. 6. quod tantū cum idem hīc facere posset, noluit tamen hoc, nisi cum titulo, saltem colorato triennialibus possessoribus concedere, exceptionē illis tantum tribuens, & vt possessor triēnalis per illā in sua possessione defendatur. Rationabile videtur: quia agens contra possessorem triennialē, nihil aliud habet, quā titulū, & possessor etiam triēnalis titulū habet, & est reus & possessor. Quo casu videtur preferendus solo titulato, præsertim negligenti, contra quem omnia iura clamant: vt in l. si pupillus. ff. de iis, quæ in fraud. cred. cum concor. vt latissime dixi superius in tract. neglig. & patet in cap. si à sede. de præben. lib. 6. & in c. duobus. de rescrip. & in ca. in pari. de reg. iur. & in cap. tibi qui. de rescript. eo. lib. Nam turpius euitatur, quā non admittitur hospes, vt in ca. quemadmodum. de iureiu. Et ista fuit vna ratio ex pluribus scriptis superius in 10. q. quare execrabilis defenditur ista regulā: & tamen si spoliatus agit, vt restituatur, non auditur. Primo enim casu est reus, & possessor, qui non agit de damno euitando, & se in possessione trienniali defendendo. Secundo casu

irreuerabilis erit actor, qui agebat de acquirendo, & secun-
 dum iura facilius quis arceatur ab ingressu vitioso, quam
 quod iam possessor deiciatur, vt dictum est.

Nec obstat hoc fortè procedere in foro contentioso, vt
 superius dicebatur: secus in foro conscientia, quia respon-
 detur, quod text. in d. cap. 1. de præscrip. procedit etiam in
 foro conscientia, vt ibi dicitur Doct. & tamè ibi disponitur
 præscriptionem cum mala fide valere, aliàs ille text. impo-
 neret nobis laqueū, contra id quod dicitur in c. de viduis.
 c. 1. & sic conditio possidentium beneficia deterior es-
 set, quam mercatorum fœneratium, quod præsumendum
 non est. Nam clara est doct. Doct. post Bal. ibi, in ca. quæ
 in ecclesiis. de consti. quod si lex est iusta in foro fori,
 inique iusta erit in foro poli. Quod latissimè per exempla B
 iudicia probauit in cap. 2. de consti. lib. 6. Hinc videmus,
 quod dispositio. c. cum dilecti. de emp. & vend. quæ loqui-
 tur de contrahentibus decipiendis, procedit secundum di-
 ctam Thomam, in foro poli. Papa igitur à fortiori, in bene-
 ficiis ecclesiasticis hoc facere poterit. Imò tanta est in be-
 neficialibus papalis potestas, q̄ non solum exceptionem
 ex titulo colorato cum possessione triennali, sed etiam ve-
 rum ius & dominium posset conferre, & etiam statuere, q̄
 beneficia transirent ad successores, sicut res profanæ: quia
 omnia sunt de iure positiuo, supra quod est papalis po-
 testas, cap. proposuit. de concess. præbend. cap. per venera-
 bilem, qui fil. sint legitimi. Vnde meritò in cap. 2. de præb.
 lib. 6. dicitur, papam in beneficialibus plenissimam habere C
 potestatem. Nam potest secundum Hostien. & alios in ca.
 cum venissent. de iudic. quadrare rotūda quadratis, & qua-
 drata rotundis: vt latius dixi in cap. 1. de constit. lib. 6. Et
 ideo per prædicta concludendum est, constitutionē istam
 iustissimam esse, quæ litibus finem imponit, ac negligen-
 tes punit: & ita fit, q̄ possessores beneficiorum erūt certi,
 propter quorum incertitudinē diuinus cultus, & ecclesia-
 rum cura negligi posset, ac sub incerto pastore manere.
 Sicque sub hoc timore, homines diligentiores ad peten-
 dum iura sua debitis tēporibus reddentur. Nec, vt dixi, in
 hoc magnū, & irrecuperabile præiudiciū negligentibus in-
 fertur, cum eius ius per istam regulam non annullatur, sed
 suspenditur durante vita possessoris triennalis: quo mor-
 tuo

Duo de iure suo actor experiri poterit: cum regula ista personalis sit, tantum possessoribus triennialibus fauens, non alteri successori. Nec mirum, si actor per tam modicum temporis spatium, excluditur à iure suo, cum minore tempore & fortasse breuiori negligentia, beneficiati priuari beneficiis suis soleant, ut patet toto titulo de cler. non resid. & tradit notabiliter Abb. in cap. capitulum. colum. si. de rescrip. Nec obstat, quod dictum est de sententia quæ transit in rem iudicatam, quæ quando quis seit esse iniustam, non defendit victorē in foro cōscientiæ. Quia ad illud respondet notabiliter Abb. in consi. 60. incip. in causa & questione. in 2. col. lib. 2. ubi ponit vnam regulam, quod quando peccatum est remissibile per partes, talis sententia licet iniusta, victorem in vtroque foro defendit, ut ibi latius exempla ponit, quæ videantur. Et ad hoc facit dictum Bar. in l. fiscus. ff. de iur. fise. qui dicit, quod licet litis pendentiā constituat possessorem in mala fide, est verum, quando est pronuntiatū cōtra eum, aliās secus. Cum igitur in casu nostro impetrās in negligentia fuit, sicut potuit beneficio suo renuntiare, ita tacite promittere, quod alter in eo ius excipiendi acquirat. Ex qua patientia videtur quædam tacita renuntiatio includi, ut in eap. ex ore. de his, quæ fiunt à maior. par. cap. in cle. gratiæ. de rescript. Et ita cum illa opinione Rota in prædicta causa conclusit.

QVÆSTIO QVADRAGESIMATERTIA.

QUÆRO, quis tenetur probare titulum esse coloratum, ad effectum istius regulæ, si negatur esse coloratum per agentem, contra triennalem?

SOLVTIO. Ut breuiter concludam, ipse actor tenetur probare: quia possessor triennalis ad petitionem partis, titulum suæ possessionis ostendere, nec probare tenetur, ut notat Compostel. in cap. capitulum. in gl. magna. de rescrip. & Archi. in c. contra morem. c. distinct. circa fi. Et ideo actor non audietur, nisi prius aliud prober, per quod adpareat reum triennalem possessorem non habuisse titulum coloratum, ut in l. cogita. C. de pet. hæred. Sed ad iudicis requisitionem bene tenetur reus possessor titulum ostendere & probare, ut dicit expressè Abb. in c. cum nostris. in fin. de concess. præb. per plura iura, quæ Arch. allegat in d. c. contra morem. Et in terminis istius regulæ hoc expressè

tenet ille excellens Glossator concilij Basiliensis. de quo A
in pragmatica Franciæ, tit. de pacific. poss. in verbo, colo-
ratum, colum. 6. vers. circa secundum. fol. 132. in 2. colum.
quia quo ad superiorem inquirentem de titulo, nihil im-
pedit triennalis possessio, vt Fely. tradit in cap. licet Heli.
de simo. & in cap. illud. de præsumpt. & in c. sicut. in 16. col.
de re iud. Et quia ista est communis opinio, quæ ad iudi-
candum teneri debet, amplius non insisto.

QVAESTIO QVADRAGESIMA QVARTA.

QVAERO, an impetrans beneficium viuētis, & possi-
dens ea possidens vigore illius impetrationis per trien-
nium, possit mortuo illo, per cuius obitum im-
petrauit, vti privilegio regulae contra alios impetrantes?

SOLVITIO. Videtur concludendum, quod non: quia vti
in hoc, q̄ possessor est inhabilis, vt patet supra in regula
10. & ibi dixi: non tamen dicitur possessio à iure approba-
ta, vt dicunt Doct. in capi. 1. & 2. & capi. literas. de concess.
prebend. Nec ille titulus possit dici coloratus, vt dicit de-
creto clara 21. in titulo, de restit. spol. in no. incip. si agenti.
quam sequitur Milis in verbo, possessorio recuperandæ a-
gens. Et ita obtinuit Ange. de Celsis in vna Aquen. capel-
lanæ, coram D. Mercurio: & licet iste triennalis videatur
habere titulum, fuit tamen ab eo datus, qui non potuit da-
re. Nam etiam papa non potest conferre beneficium vi-
uentis, quia tali modo illum inauditum, & sine causa priua-
ret, quod fieri non potest, vt tradunt in c. quæ in ecclesia-
rum. de constit. & in cap. 1. de caus. possell.

Breuiter putarem ita distinguendum, q̄ aut ante obitum
illius, cuius beneficium impetrauit possessor fuit in posses-
sione per triennium, & talis possessio non suffragatur, per
predicta, quia est de beneficio non vacante, ac etiam,
quia duo insoludum eodē tempore eadē rem possidere
non possunt. Aut verò post eius obitum iste, qui impetra-
uit beneficium viuētis, possedit triennio, & tali casu vide-
tur posse adiuuari regula. Non ob. q̄ non habet tit. colo-
ratum, quia respondetur esse verum quo ad alios effectus
iuris communis: secus verò est quo ad effectum istius reg.
quæ omnem tit. reputat coloratum, nisi in duobus casibus
exceptis in ea, dūmodo ille tit. fuerit ab eo datus, qui alias
originaliter conferre poterat. Et in dubio titulus præsu-

Dmetur coloratus, nisi probetur contrarium: vt dixi in proxima precedenti quæst. sufficit enim quod onus probandi contrarium incubat actori triennali possessori ad præsumptionem coloris, quod toleratus fuerit per superiores suos, qui singulis annis visitare beneficiatos, & videre titulos possessorum solent, vt dicit Fely. in c. licet Heli. per illum tex. de simon. & in c. ordinarij. de offic. ord. lib. 6.

QVAESTIO QVADRAGESIMA QVINTA.

QVAERO, ponamus quod vnus possedit beneficium triennio, & titulo non colorato, in tertio anno superuenit titulus coloratus, an possit post triennium inquietari, vt iuuetur regula?

SOLVITIO. Pro parte affirmatiua, videlicet, quod talis possessor exceptione istius regulæ defendatur: adducitur primò, quia pendente tẽpore possessionis suæ ex inualido titulo cæptæ, non prohibetur quis validũ ius acquirere, nec dicitur propterea immutari possessio, nec requiritur alia adprehensio possessionis de nouo, vt est tex. in l. certè. §. is qui. ff. de preca. & tenet Bal. in l. si aqua. in 9. col. vers. super secundo puncto. & vers. sed pone. C. de ser. & aqua.

Præterea, quia ex quo ille possessor propter titulum non coloratum non fuit inquietatus, sed toleratus per superiorem, si postea compleat triennium cum colorato titulo, & sine aliqua molestia, videtur posse adiuuari regula: arg. text. not. in c. penul. de sup. neg. prælat. Et pro parte

Postulati. de cle. exc. mi. & quod not. Specul. titulo de primo & secundo decreto. §. videndum. vers. quæ est ratio. & Archid. in c. ordinationes. 1. q. 1. Et quæ dicunt Bart. & Bal. in l. cogi. C. de per. hered. Accedat illud quod scribit Oldr. in consilio 299. quidam, & c. vbi dicit, quod licet quis incipiat perperam litigare: tamen potest ex iure de nouo sibi obuenienti lite pendente vincere, neque propterea dici calumnius.

In contrarium facit, quia tex. hic requirit ab initio possessionis titulum coloratum iuncto cum possessione triennali, vt patet ibi ex illis verbis, ex apostolica vel ordinaria collatione illorũ, ad quos collatio, vel prouisio pertinet, & ibi per triennium possederit, & c. Requirit ergo regula titulum, & quod cum eo per triennium possideat. Nam pòdero primo

illa verba, ex apostolica, &c. quæ ratione dictionis Ex, A
 notant actum immediatum, per quem quis possidere
 debet, vt notat Bar. & Iaf. in l. non dubium. C. de leg. & in
 l. §. ex incendio. ff. de incend. rui. nauif. Rursus pōdero il-
 lia verba, per triennium. Nam dictio Per, denotat rem
 perfectam. l. vrbana. §. pernoctare. ff. de verbo. signific. Et
 hoc dicitur perfectū, quod ex omnibus partibus suis in-
 tegralibus, id est, ex principio, medio, & fine constat. l. i. ff.
 de origi. iur. cum concord. vt ibi in gloss. Requirit ergo re-
 gula, quod totum completum triennium cum titulo possi-
 deat, sicut in vsucapionibus videmus, quod triennium con-
 tinuum requiritur, vt in l. nūquam. §. in vsucapionibus. ff.
 de vsucapionibus. & in l. i. C. de vsucapionibus transform.
 Cum igitur in casu nostro possessor non cōpleuerit trien-
 nium colorato titulo, per consequens non debet gaudere
 regulæ. Et pro ista parte facit dicta l. certè. quæ
 considerat initium quo ad hoc, vt quis dicatur precariò
 possidere, vt patet ibi in verb. precariò cōpit possidere. &
 idem est de iure canonico, vt not. in summa. 16. quæstio. 3.
 & 4. vbi in præscriptione non solum initium, sed etiã vni-
 uersalis possessio attenditur. Postremò, pro ista parte facit,
 quia quando quis à principio possidet sine titulo, vel cum
 titulo, si postea superueniat titulus validus, cõsetur quis
 causam possessionis sibi mutare. l. non solum. §. quod vul-
 go. ff. de vsucapionibus. & vide quæ dicam in sequen. q.

QVAESTIO QVADRAGESIMASEXTA.

QVAERO, dictum fuit, quod regula ista requirit con-
 tinuum triennium, & nō interpolatum, quid si pos-
 sessor triennis possedit per triennium continuū,
 sed virtute duorū titularū. Nam per duos annos possedit
 vigore vnus tituli, tertio verò anno voluit possidere virtu-
 te alterius tituli fortassis melioris, nūquid iuuetur regula?

SOLVTIO. Tota vis est videre, nunquid iste possessor
 per hoc causam possidendi mutare sibi videatur. Et Rota
 in vna Placè. præposituræ corā R. D. Io. Clerici inter Ioā.
 Mariam, & D. episcopum Cesenaten. tenuit quod sic. Nam
 ibi episcopus à principio possessionem tenebat titulo nō
 colorato, postea impetrauit nouā prouisionē, vigore cu-
 ius possidebat, & postea expoliatus fuit. Rota tenuit illū
 esse restituendum, quia per superuenientem titulum nouæ

HHH

D provisionis causam possessionis mutare visus fuerat. non solum. §. quod vulg. ff. de vsucap.

Et hoc sine dubio verum videtur, quando animus mutandi adest: alias secus, vt dicit Socin. in consi. 131. colum. 3. in 1. vol. Et sequitur Decius in quodam consilio, cuius numerum amisi. & ratio ponitur per Bar. Angel. Imol. & Alex. in l. 3. in princip. ff. de acquir. poss. vt ibi per eos. Et secundum hoc casus istius quæst. videtur decisus. Nam ex quo secundus titulus obuenit possessori, tertio anno noua fuit possessio, quæ non sufficiebat ad istam regulam: quia ista possessio est diuersa à prima, quæ nõ erat etiam sufficiens, cum esset duorum annorum. Ita quod tali casu dictus possessor regula ista iuuari non poterit, cum non fuerit titalis vigore vnius tituli.

F Sed aduertendum est, quod si in præsentia quæst. præsupponimus primam possessionem teneri vigore boni tituli, nunquam superuenientia noui tituli immutat priorem possessionem: quia stante prima possessione, secunda acquiri nõ potest, & ideo requiritur ad hoc, vt ex secundo titulo noua possessio quaratur, quod prima possessio effectualiter dimittatur, & tunc secunda dari potest ex superueniente iusta causa, siue titulo. quod est verum, nisi prima possessio effectura detentio. Nam tali casu sine dimissione illius detentionis ex superuenienti titulo noua possessio quareretur, vt notabiliter declarat An. Aret. in §. nouissimè. col. fi. in ff. de vsuca. Et secundum hoc procedit decisio Dominorum in dicta causa Placen. præpositura. Et licet Socin. in l. 3. §. ex pluribus. ver. 3. conclusio. ff. de acquir. poss. voluerit nõ esse necessariam dimissionem primæ possessionis, quo ad effectum acquirendi nouam: tamen contra eum est communis opinio. Pro qua est text. in l. qui bona. §. si. vbi Paul. Raph. Cu. & Alex. hoc declarat. ff. de acquir. posses. quos sequitur Dom. Guiliel. Casiodorus in tit. de restitu. spol. decisio 4. circa fi. Et secundum istam opinionem. casus præsentis quæstio. recipit contrariam resolutionem primam, videlicet, quod possidens per triennium continuu pacifice, vigore duorum titulorum possit exceptione istius regulæ iuuari, ex quo per superuenientiam secundi tituli primam possessionem non amittit: nisi effectualiter illam dimitteret, & alteri traderet. Faciunt ad prædicta, quæ dixi in præceden. quæstione.

QVAESTIO QVADRAGESIMASEPTIMA. A

QVAERO, quia hic fit mentio de intrusione, vt patet ibi, Dummodo in beneficii huiusmodi se non intruserint, &c. quis dicatur intrusus quo ad effectum istius regulæ?

SOLVITIO. Intrusus de iure communi potest dici quis octo modis: quos narrat Felyn. in cap. veniens. in secundo notabili. de accusationibus: & reassumunt Moder. in tract. beneficii. in 11. q. tertie part. sed mihi magis placet diuisio quam ponit Gemi. in c. propter. 19. dist. quem sequuntur etiam Moder. in tract. elect. q. 17. Dicunt enim, quod intrusus in iure capitur quinque modis. Nam ille dicitur intrusus, qui non de licentia superioris, sed propria, vel parentum autoritate, & absque vlla confirmatione occupat beneficium, vt sunt illi, qui nullum habent titulum, secundum Innocen. in cap. nihil. in glo. magna. circa mediũ. de elect. sic text. in c. alienationes. 12. q. 2. & est gloss. in verbo, me negat. in fi. c. bonæ. el. 1. de elect. cum similibus.

Secundo, dicitur intrusus ille, contra quem est lata sententia depositionis, à qua non fuit appellatum, & manet in possessione. Ita tenet Innocen. in c. qualiter. el. 2. de accus. in glo. magna.

Tertio, dicitur intrusus ille, qui ante confirmationem suæ electionis, vt lit. pend. administrat, vt in cap. 2. de restit. in integ. & in c. cum iam dudum. de præbend.

Quarto, dicitur intrusus, qui habet titulum & possessionem à non habente potestatem conferendi, quia pertinet ad alium collatio, vel publicè suspensus erat, vt est text. in cap. fin. de excel. prælat. & in cap. quia diuersitatem. de concel. præben.

Quinto, dicitur etiam intrusus, à quo alter fuit expoliatus, vt dicit text. notabilis secundum vñũ intellectũ in. d. c. fi.

Et ista omnia de plano procedunt de iure communi: sed quo ad effectum istius regulæ est videndum, nũquid omnes prædicti, vel aliqui eorum possint dici intrusi? Decius in consil. 121. col. fi. tenet, quod regula ista, quæ repellit intrusos, intelligitur de prædictis. & hoc idem tenet Bar. Cassa. in consil. 29. col. 7. nu. 36. Tamen hoc non est verũ, quia ipsi forte, quia nõ versati sunt in curia, nõ intellexerunt itylum eius, nec obseruationes Rotæ. Dicas ergo sic, quod intrusi

HHH ij

Dad effectum istius regulæ dicuntur tribus modis.

Primo modo dicitur intrusus omnis ille, qui non habet titulum verum, vel præsumptum.

Secundo, dicitur intrusus etiam ille, qui habet titulum, sed non ab eo, qui habet potestatem conferendi, qui nullo modo dicitur habere titulum coloratū, secundū Doct. superius allega.

Tertio modo dicitur intrusus ille, qui in altero ex duobus casib. hic exceptis, puideri obtinuit de beneficio, etiā si habuerit titulum ab eo, qui originaliter cōferre potuit. Primus casus hic exceptus est, quando quis per simoniam beneficiū cōsecutus fuit, etiam a papa. Secundus casus est, quando est aliquis prouisus de beneficio reseruato reseru-

Euatione in corpore iuris clausa non facta mentione istius regulæ. Et licet aliqui voluerint, quod ille qui habuit beneficium per simoniam, ab eo, qui habuit potestatem conferendi, non dicatur intrusus, licet non habeat coloratum titulum requisitum ad istam regulam, respondentes ad verba istius regulæ, de intrusione loquētis, videlicet, quod referatur ad secundū casum de beneficio reseruato, ita quod simoniacus & intrusus ponatur vt diuersa; tamē Fely. in c. in nostra. secundo corrol. in fine. de rescrip. confutat illam differentiā, vt ibi latius per eū. Quantū ad istā regulā, sicut est intrusus habens titulū, etiā a papa de beneficio reseruato: ita & habens titulū per simoniā, & exceptis istis, omnes alij enumerati superius per præfatos Doctores, licet dicatur intrusi

Fde iure communi, & inhabiles, quo ad plures effectus iuris cōmunis, quos distinguūt Moder. in tract. elect. q. fi. & nō dicatur habere etiā titulum coloratū, vt dixi in alia q. nihilominus ad effectum istius regulæ non dicuntur intrusi, nec inhabiles, neq; discoloratum titulum habere. Et hoc secundū intellectu cōmunem Rotæ, quod videtur sentire præfati Mod. in d. tract. elect. q. 17. in fi. dum voluit, quod vbi cōstitutio est pœnalis, non includuntur in ea omnes species intrusionis, de quibus superius mentionē fecerat, ex mente Gemin. in d. c. propter. sed solum includuntur veri, & propriè intrusi, vt sunt illi, de quibus superius diximus.

QUÆSTIO QUADRAGESIMA OCTAUA.
QUÆRO, nūquid dicatur intrusus ille, qui ingreditur possessionē cū titulo præter autoritatē superioris:

SOLV

SOLVITIO. Glossator hic in 7. col. & Glossator pragmatice dixerunt eum esse intrusum. Tamen aduertendum est dictum istorum non esse verum ad effectum istius regulæ, sed dictum eorum procedit quo ad casus iuris communis, quia non ad dispositionem istius regulæ, illi tantum intrusi dicuntur, qui in casibus hic exceptis notantur, in quibus etiam si cum autoritate superioris possessionem intruderetur, intrusi dicerentur quo ad effectum istius regulæ: sed extra illos casus habens coloratum titulum, si vigore iuris accepit possessionem propria autoritate sine licentia superioris, & eam per triennium pacifice continuauit, tunc erit exceptione istius regulæ, neque ille ingressus possessionis impedimentum illi præstabit, quominus exceptio istius regulæ uti possit, licet quo ad effectus iuris communis huiusmodi intrusio consideretur & attendatur, ut latius prosequitur idem Glossator in dicta pragmatica, & Moder. in cap. eum, qui. de præb. libr. 6. Et dixi in regula de annali. q. 43.

QVAESTIO QVADRAGESIMANONA.

QVAERO, an ista regula defendat possessorem in beneficio contra habentem regressum in specie ad illud?

SOLVITIO. Domini saepe tenuerunt, quod sic, moti illo fundamento saepius replicato in aliis quaestionibus, videlicet, regulam omnem possessorem coloratum defendere, nisi in casibus expressis, videlicet simonia, & beneficii reseruati reseruati in corpore iuris clausa: in omnibus aliis reg. manet firma in casibus non exceptuatis. **C** vulg. l. nam quod liquidè. ff. de pen. leg. c. quonia. vbi Abb. de coniug. lepro. cum similibus. Ista est ratio, per quam penè infiniti casus super ista regula decisi fuerunt in Rota, ut in præcedentibus quaestionibus visum fuit.

Sed aduerte diligenter, quia in primis ista ratio non videtur solida: quia licet hic non excipiatur nisi duo casus: tamen casus excepti recipiunt extensionem ad alios casus similes ex identitate rationis, ut est text. in c. cum dilecta. & vbi Abb. in s. notabili. de confir. vtil. vel inutil. Et hoc procedit, etiam si casus exceptus cum dictioe taxatiua exciperetur, quia propter hoc non excluduntur casus similes, vbi est maior, vel eadem ratio, ut declarat Iaf. in l. i. in col. pe. ff. de offi. eius. per text. in l. ob as alienum. C. de præd. mino. que tex. habui in

HHH iij

Dpunctis doctoratus mei. Sed in regressu est par, vel maior ratio, quare excipi debeat à regula: ergo in eo regula non habebit locū, sicut non habet in duobus casibus exceptuaris in ea. Quòd autem in regressu sit par, vel etiam maior ratio, quàm in casibus exceptuatis hìc, patet: quia ratio quare beneficium referuatum in corpore iuris hìc excipitur, est propter decretum irritans, quod afficit titulum & possessionem, & per consequens tollit colorem, vt dicitur Domini in decis. 16. in no. aliàs est decis. 3. in titulo de restit. spolia, quam sequitur simpliciter Philipp. Franc. in cap. bonæ. in 5. col. versic. 7. & vltimo. de appel. & Felv. in c. si confiterit. in si. de accus. & latè Abb. in dispu. Titius clericus. col. 9. Et latius hoc probat decis. 4. de rest. spolia. in antiq.

Ecum qua concordat decis. 17. eo. titu. in antiq. cum cõcord. traditis per Corsettu in tract. quòd spoliatus ante omnia debeat restitui. in 41. fallent. & ita seruat palatium, vt dicitur d. decis. 4. Nam decretum irritans non solum discolorat & annullat titulum & possessionem, sed etiam ipsam detetionem infectam & vitiosam reddit, adeò vt omnia adminicula iuris careant, vt dicit notabilis decis. 1. in titul. de restit. spol. in antiquioribus. præsertim colum. si. & sequitur Bal. nouellus in repet. §. nihil cõmune. vltima char. de acquit. poss. Nam decretum irritans est tam malignæ naturæ, quòd quicquid inuenit, destruit, & in oppositum ducit, vt cap. si postquam. de electio. libro 6. & in cap. quodam. de præb. & cap. 1. de concess. præbend. eod. lib. Si igitur decretum generale tantum operatur in beneficio referuato, vt in eo color possidendi quo ad priuilegium istius regulæ, & remedia possessoria, quæ aliàs sunt inducta in fauorem spoliatorum, impediuntur, quantò magis debet operari decretum speciale regressus certo corpori beneficij adpositum? Nã clarum est, quòd magis videntur afficere ea, quæ specialiter disponuntur, quàm ea, quæ generali decreto sunt dicta, vt in notabili casu tradit Lap. alleg. 84. in 12. colum. versicu. sed verum est dicere, &c. secundum primam impressionem. Facit quæ dicit Abb. in cap. 1. in 6. colum. paræ impressionis. de rescript. Et de hoc est text. in cap. quanquã. 23. dist. & in ca. si aduersus. de hæret.

Accedit, quia licet ista regula sit possessorib. fauorabilis, tamẽ negari nõ potest, q̃ in eo, quod cõtra desideres præscript

criptionem inducit, dicitur odiosa, vt tradit Bart. in l. fi. in A
 rino. ff. de eo, per quem fac. erit. sequitur Petr. de Ancha.
 in consil. 5. colum. pen. sed præscriptio istius regulæ indu-
 cta est contra negligentes, ergo erit odiosa, & per conse-
 quens debet restringi in quantum possimus, iuxta cap.
 odia. de reg. iur. lib. 6. cum vulg.

Tamen tenedo primam opin. ad istud motiuum potest
 responderi, quod in simonia, ac in reseruatione de quibus
 excipit iste text. est longè diuersa ratio, quàm in decreto
 regressus, ex eo, quia in simonia propter detestatione cri-
 minis, quod tam magnum est, quod cætera peccata, reser-
 uati eius, quasi pro nihilo reputantur, vt in c. tãta est labes.
 de simo. regulæ iuris transgrediuntur, & in istis benefici-
 bus, in quibus magna puritas requiritur, contra simonia-
 cos omnia iura clamant, & talibus auxilia sua denegant:
 & eodem modo in alio casu hic excepto, videlicet, in reser-
 uatione in corpore iuris clausa, cuius decretum est noto-
 rium à iure communi inductum, quod ignorari nõ debet,
 nec præsumitur. cap. 1. de constitu. lib. 6. & l. leges sacratissi-
 max. C. de legib. Et illa notorietas facit, quod possessio, ti-
 tulus, & omnia discolorentur, & etiam, quia in dicta reser-
 uatione in corpore iuris clausa, sunt plura alia specialia vl-
 tra communes regulas, quæ in regressibus non militat,
 vt dixi superius in 46. q. Merito isti casus excepti habent
 speciale ratione. Cum igitur in regressu illa nõ cõcurrant,
 ideo casus excepti in isto text. procedunt in casu nostro.
 Nec possunt extendi ad regressum, in quo non militat ca-
 dem ratio: quia cum sit facti, & in facto consistat, ignorari
 põt, & in dubio in factis alienis præsumitur ignorantia. Et
 ita in vna Cõpostellana canonicatus, & præb. corã R. P. D.
 Marcello 9. Iunij M. D. X X X V I I. fuit per Dominos, excep-
 ptis duob. cõclusum, qd decretu adpositu certo corpori be-
 neficij, non inficeret possessionem triennale: quo minus
 possessor possit vti exceptione regulæ. Et hoc per illã rati-
 onem, quia sufficit possessori habere originaliter titulu ab
 eo, qd cõferre potuit, licet ex accideti fuerit impeditus, quo
 ad effectũ istius regulæ, exceptis illis duob. casib. habetib.
 speciale ratione, in quib. nullus color iustificat possessio-
 nem: & ita diu, & sæpe interpretatiõe Rotæ receptu est. Nec
 obstat qd ista reg. ex quo videtur qdã præscriptiõem cõtra
 H H H iij

D negligentibus inducere, dicatur odiosa, iuxta dictum Bar. in d. l. fi. quia respōdetur illud procedere in prescriptione 30. vel 40. ann. de qua ibi loquitur Barto. quæ non est similis prescriptioni per istā regulam inductæ, si quoniam modo prescriptioni dici possit. Sed potius regula ista vsucapioni triennali adaptari potest, quæ est favorabilis, ut Bart. in d. l. fi. dicit. itaque arg. factum in contrarium retorqueri potest. Quam magis, quod remediū istius regulæ, nec prescriptioni, nec vsucapioni æquiparari potest, proprie loquēdo, ex eo, quia in prescriptione verus titulus, & bona fides requiritur: hic verò sufficit titulus coloratus absque bona fide, ut superius in alia q. diximus. Neq; etiam vsucapioni adaptari potest hæc dispositio regulæ, ex eo quia per

E vsucapionē acquiritur verum dominiū, ut est glo. in l. tradi tionibus. C. de pact. Sed hic non acquiritur triennali possessori, nisi nuda exceptio, ac etiam, quia in vsucapione titulus, & bona fides requiruntur: quæ, ut dixim⁹, hic cessant.

Non obstat, q̄ decretum discolorat possessionē, adeo quod d. spoliatus non debet restitui, per ea, quæ superius allegata sunt, quia verū est, q̄ decretum reservationis discolorat, quo ad effectus iuris communis, ut latè scribit do. Guliel. in quadā decisio. sua posita in titulo de restit. spolia. incipien. prouisus. Et sic etiam titulus non coloratus dicitur multis modis, quo ad effectum iuris, ut superius latè dixi in quadam quæstione. Tamen quantum ad eosequendam exceptionem istius regulæ, nullum decretū possessio-

F nem vel titulum inficit, vel discolorat, nisi in casibus exceptis regulæ. Itaq; omnis titulus dicitur coloratus, quo ad istam regulam, nisi in casibus expressis.

Nec obstat, q̄ casus excepti non excludunt extensionē similibus, quia respōdetur casum istū esse longè dissimilē. Et præsupposito q̄ esset similis, non debet fieri extensio, quando exceptio casuum fit à statuto, & non à iure communi, prout dixi, respondendo ad istud contrarium, in alia q. per doctrinam Abb. in ca. ad audientia. in 1. notabili. de cler. non resid. Et ultra ista alia etiam ratio cōcurrit, quare spoliatus subiectus decreto non restituitur. Nam illud inductū est, ne in beneficialibus detur vitiosus ingressus, qui magis in actore est cōsiderabilis, quàm in reo, ut in ca. de eo, qui mit. in poss. lib. 6. Sed hic agitur de defendēdo reo
ia

in possessione sua triennali aduersus negligentem ius suū A
 infra triennium prosequi, igitur tanquā diuersa debent di-
 uerso iure cēseri. l. Papinianus. ff. de mino. Præsertim, quia
 reo facilius conceditur exceptio, quā actori actio. l. i. §.
 quod autem. ff. de superficie. not. las. in l. impuberibus. in
 ff. de acquir. hære. Nil mirum igitur, si spoliatus actor
 contra decretū nō auditur, reus verō exceptione defendi-
 tur. Nā turpius eiicitur, quā nō admittitur hospes, vt di-
 citur in c. quæ admodum. de iureiur. Et quia fauorabiles
 esse debemus reis possessoribus, quā actoribus iuxta l.
 fauorabiles. ff. de regu. iur. quia in pari causa potior est
 conditio possidentis. vulg. ca. in pari. de reg. iur. lib. 6. & c.
 si à sede. de præb. lib. 6. Præsertim, quia non petens benefi-
 cium suū per triennium, videtur illud habere pro derelicto: B
 iuxta not. per Abb. in c. cōtingit. de dolo & contu. Et etiā,
 quia ad decretū adpositū in regressu, vel alia quacūq; gra-
 tia non habet effectum, nisi volente eo in cuius fauorē est
 adpositū, vt in c. l. de cōces. præb. lib. 6. cum concor. vt tra-
 dit. Rota in decis. 423. incipit. notat primus. & c. in antiquis.
 & Modern. in l. nemo potest. vbi Arcinus & Clau. Aquen.
 in 4. col. de leg. i. Decius in l. pacta quæ contra. C. de pact.
 & illo decreto per triennium nō vtendo, videtur tacite illi re-
 nūtiare: arg. c. ex ore. de his quæ fi. à præla. Et quod dictū
 est in decreto gratiarū, idē est in decreto regularū & ex-
 traugantiū, quæ nō impediunt effectū istius regulæ. Pro-
 pterea videmus, q̄ possidens triennio vigore collationis
 ordinarij, beneficiū reseruatū per regulas, vel extraug. est C
 tutus exceptione istius regulæ, nisi in casibus exceptis in
 ea, vt est dictū superius in aliis quæstionib. aliā si contra-
 rium diceremus, facile redderetur ista reg. frustratoria, &
 penitus inutilis: cum hodie in quibuscūq; prouisionibus,
 etiā de vacatibus, adponatur decretū irritans, itaque nun-
 quam haberet locū regula, quod nō est dicendū. Diligen-
 tia igitur opus est, ne incidat quis in regulam, quoniam vigi-
 lantibus scripta est. Et extra istam regulam quid operetur
 decretum adpositū certo corpori beneficij in regressu, vel
 literis de beneficio vacaturo, vel de vacanti, videnda est la-
 ta decis. dict. Guliel. incipien. decis. 3. in tit. de restit. spolia.
 Et ista omnia quæ dicta sunt de decreto adposito regres-
 su, & incerto corpori beneficij, q̄ nō impediāt exceptionē
 HHH v

Distius regula: non solum procedit, quando exceptio istius regulae allegatur per possessorem triennalem contra praetendentes regressum, sed etiam quando possessor non triennalis excipit de triennali possessione praedecessoris sui, contra quem poterat excipi de regressu, quia talis exceptio etiam iuvat possessorem contra agentem vigore regressus. Prout in vna Neapolitana ecclesia Sanctae Mariae fuit conclusum per Dominos coram R. D. Mar. Antonio, die 19. Nouemb. M. D. XXXV. pro Io. Cauart, contra Io. Baptistam de Baldassinis. Et hoc non tam fuit tentum virtute regulae, quam alleg. Lap. 89. dantis fomentum, quia ex quo praedecessor Ioan. Cauart fuerat triennalis, poterat habere a dicto Ioan. Baptista cassationem regressus, vel habere titulum meliorem exclusiuum re-

Egressus, quem quidem praedecessoris titulum Ioan. Cauart possessor non tenebatur iustificare: quia satis est ad praesumptionem iustitiae inducendam, praedecessore suo triennio possedisse ad excludendum contrarium, prout dicit Oldr. in consi. 229. Nam iuris praesumptio est pro eo, qui allegat titulum praedecessoris, iuxta not. per Innoc. in ca. cum olim. de privilegiis. Quod sufficit in beneficialibus, ut tradit Innoc. in c. ex parte. de restit. sp. ol. & glo. in cle. i. de cau. poss.

Tamen aduertendum est diligenter, quia omnia praedicta, quae de regressu dicta sunt, & declarata fuerunt per Rotam, procedunt, quando habes regressum sciebat vacationem beneficij, ad quod regressum habebat, & distulit per triennium agere contra possessorem: quia tunc sibi imputandum est. Secus si ignorabat, quia tali casu tenuerunt Domini isti regulae non esse locum. Ratio fuit, quia contra ignorantem non currit praescriptio, ut in vulg. l. i. de an. excep. & cap. quia diuersitatem. de concess. praeb. nisi talis ignorantia fuerit crassa vel supina, ut in cap. secundo. de constitutionibus. lib. 6. Et ita de hoc anno M. D. XXXIX. in vna Vrbeueran. archipresbyteratus dixerunt Domini coram R. D. Ioan. Paulo Ptolomaeo. & ita se habet stylas in Rota, seruatus in pluribus aliis causis.

QVAESTIO QVINQVAGESIMA.

QVAERO, an regula ista existentem in quasi possessione pacifice, non soluendi pensionem per triennium defendat, quando agitur contra ipsum ad priuationem & regressum, ob non solutionem?

SOLVITIO. Hæc quæstio tres in se continet difficulta-
Aes. Prima est, quando aliquis non consensit personaliter
 pensioni super beneficio, sed prædecessor, quo mortuo i-
 ne successit in beneficio, & in eo stetit pacificè per trien-
 nium, in quo non soluit pensionem, nec illi bullæ fuerunt in-
 terventæ. Secunda, quando disputatur post triennium, utrum
 beneficium sit obligatum pensioni vel non? Tertia, quando
 beneficiatus personaliter consensit pensioni & regressui,
 sed non solutionem. Circa primam videtur dicendum, re-
 gulam huiusmodi possessorem defendere: quia dicitur hic
 in textu, quòd si quis possederit beneficia, qualiacunque
 sint, per triennium, nequeat molestari. Illa enim verba, qua-
 liacunque, quæ generalia sunt, cõprehendunt pensionem,
 ut dicit Ioan. And. in clem. quoniam. §. ceterum. per illum
 re. de vita & ho. cle. sequitur Paulus Rom. antiquus in tra-
 ctatione quæstio prima. Nam imputandum est illi, qui tan-
 to tempore pensionem petere distulit: quia vigilantibus
 & non dormientibus ius scriptum est: ut dicitur in l. si pu-
 pillus. in fin. ff. de his, quæ in frau. cre. Et ista est pœna ne-
 gigentia in istis, quæ vsu consumuntur: quæ si infra triennium
 non petat, quæ sibi debentur, vsucapiuntur: ut in l. i. ff. de
 vsucap. & in §. i. in sti. eo. titu. Nec de alio, quàm de seipso
 pensionarius conqueri potest, qui neglexit ius suum pro-
 sequi, & ideo videtur tacitè consentire, & se isti pœnæ sub-
 iecisse: arg. l. imperatores. ff. de iur. sis. via enim, quam ele-
 git, ipsa illi pateat. l. si mulier. ad Vell.
CBreuitè, prædictis non obstantibus, circa primam difficul-
 tate huius quæstio. contrarium dixerunt Domini super re-
 gula de annali, ut latius ibi dixi, & idem hic dicendum vide-
 tur. Ratio est, quia ista regula loquitur, quado aliquis mo-
 lestatur super ipsis beneficiis. Ista enim verba titulû bene-
 ficij concernunt. Nã dictio Super, proprietatè denotat. l. i.
 codicillis. vbi Bar. de leg. 3. c. c. super. de off. deleg. quæ di-
 versa est à pensione. Et licet aliàs verbû, Qualiacunq; pen-
 siones cõprehendere possit, illud procedit, quado materia
 subiecta hoc patitur. Sed illa repugnante, verba illa genera-
 lia recipiunt restrictionem de habilibus, ut est gl. not. in §. sed
 hæc solènia. in lit. de verb. obl. Præsertim, quia beneficium
 transfertur in alium cum onere suo, & possessio triennalis
 non tollit illud pensionis onus, quod impositum est, nõ sa-

D per titulo beneficij, sed super fructibus, & illi fructus sunt obligati pensionario. Vnde qua ratione, si possessor beneficij cōueniretur super fructibus, nō posset defendi ista regula: quia causa fructuū est profana, & non beneficalis, vt not. in c. 2. vt lit. pend. lib. 6. Eadem ratione, & quando agitur super pensione: quia ita se habet pensio, respectu beneficij, sicut vsusfructus, respectu proprietatis. c. si. de pig. & in cap. possessiones. 16. q. 1. & in c. quicumque. 12. q. 2.

Circa secundam difficultatem videtur idem concludendum propter easdem rationes.

Circa tertiam militant fortiores rationes, vt idem dicere debeamus. Nam vltra hoc, quod ista causa priuationis beneficiorū ob non solutionem pensionis, sit causa profana, & non beneficalis, vt not. in cle. dispendiosam. de iud.

Ena, & non beneficalis, vt not. in cle. dispendiosam. de iud. possessor beneficij, ex quo à principio, medio iuramenti consensit huic priuationi in euentum non solutionis, non potest post trienniuū allegare turpitudinem suā, nec potest à periurio excusari, nisi adimpleat in forma specifica. c. de bitores. & c. ad nostram. de iureiuran. Et imputet sibi quare consensit: quia si eo non solvente, cōtra eum ad priuationem proceditur, non fit illi iniuria: quia volenti & consentienti non fit fraus, neque dolus. Non enim debebat se sub iuramento ad soluendum obligare. si pensionariū decipere intendebat, confusus beneficio istius regula. Deceptis enim, & non deceptoribus iura subueniunt. cap. cum vniuersorum. de rer. permuta. Restituat ergo beneficium,

Fquod accepit, aut soluat eius pensionem: quia contra honestatē videretur, si possessor detineret beneficiū meum, & fructus. Regula igitur ista non procedit isto casu: quia intentio Papæ non fuit, parare tendicalum bona fide contrahentibus, ne inde nascantur iniuriæ, vnde iura nascuntur: contra cap. qualiter. de accusat. & l. meminert. C. vnde vi. Reliqua videnda sunt in reg. de annali.

QVAESTIO QVINQVAGESIMA PRIMA.

QVAERO, an exceptio istius regulae obstat excipienti de regula de non exprimendo vero valore?

SOLVTIO. Ista quaestio fuit proposita per me in vna Areti. parochialis sanctæ Cecilie, & longè antea contigit etiam idem casus de anno M. D. XXI. de mense Iunio coram D. Ioan. Antonio de triuultis, in vna Barchinonensi.

nonen. parochialis sancti Vincentij. & pro parte negativa A
 dicebatur prima facie, q̄ non, ex eo, quia regula requirit
 titulum coloratum: & tamen quādo titulus est nullus, per
 sententiam iuris vel hominis, non dicitur coloratus, vt sa-
 pe dictum est in alijs quęst. & Abb. tradit in c. cum nostris.
 in fin. de concess. præbend. & ante ipsum Lap. allegat. 16.
 cum concord. vt scribit Fely. in c. in nostra. in 16. corrol. de
 rescript. sed regula de vero valore exprimen. annullat re-
 tro ipso iure titulum propter decretum irritans in ea ad-
 positum. Ergo possessio triennalis sequēs nullius erit mo-
 menti, quia nuda est sine titulo.

Præterea, quia decretum irritans, dato quod non disco-
 loret titulum, negari tamen non potest discolorare posses-
 sionem, vt dicit decis. 2. de dolo & contum. in antiquiori. B
 & est etiam decis. 3. de restit. spol. in no. Facit tex. in c. si eo
 tempore. de elect. in 6. & in c. 1. & 2. vt lit. pend. & cap. 2. de
 præb. eod. lib. cum vulg. sed possessio discolorata non suf-
 ficit ad dandum aliquod fundamentum iuris. igitur, & c.

Prædictis tamen non obstantibus, Rota tam coram d.
 Triultio, quā coram me, in causis prædictis conclusit
 contrarium: & præcipuum fundamentum istius decisionis
 fuit: quia iste text. non discolorat titulum nisi in duobus casu-
 bus iam sæpius repetitis, videlicet, quando quis obtinet
 beneficium per simoniam, vel beneficium vacans in curia:
 exceptio enim istorum duorum casuum firmat regulam in
 contrarium in alijs casibus non exceptuatis. & licet illi ti-
 tulo subreptio, vigore cuius emanauit possessio trienna C
 lis, obstet regula de valore non exprimendo: tamen ille ti-
 tulus ab ista regula defenditur, quę, iuncta triennali posses-
 sione, in odium negligentis tribuit maius robur, & per hoc
 tollitur motiuum de decreto irritanti. Præsertim, quia ne-
 gari non potest, possessorem triennale potuisse facile ex-
 culari ab obiecto dictæ regulæ: ex quodam errore iuris du-
 bii, vel potius ex errore facti dubii, in quo de facili errat-
 ur, attenta maxima difficultate probandi valorem, quam
 vsu quotidiano experimur. Adeo q̄ tales errores in præ-
 scribendo excusant, secundum Abb. in c. de quarta. de præ-
 scrip. & in c. ad nostram. de reb. eccl. non alien. cum simili-
 bus. Itaque cum iste casus non sit de exceptis in regula,
 concludendum erit, exceptioni istius regulæ locum esse.

D QVAESTIO QVINQVAGESIMASECVNDA.

QVAERO, an haereticus defendatur ista regula?
SOLVTIO. In vero haeretico non credente, regula non procedit. Nam si regula de annali, quae sola & nudam detentione sine titulo defendit, haereticum non tuetur, ut ibi late diximus, quanto magis regula ista, quae titulum coloratum, & veram possessionem requirit, illum defendere non debet? quae quidem requisita in haeretico cadere non possunt, ut in c. cum secundum. de haer. lib. 6. & tradit Bar. in l. imperator. in ff. de iure fisci. Abb. in c. vergentis. & c. fin. de haer. & in rubrica de testa. in 2. col. Et hoc adeo verum est, quod ex contractu inito cum haeretico, non solum dominium, sed nullum ius ei quaeritur. Hinc

Est, quae alienata per haeret. possunt liberè per inquisitorem reuocari: arg. eorum, quae dicit Bar. in l. si debitor. ff. quae in fraud. cred. & tenet expressè Alber. in tract. iurispat. lib. 1. Carent enim tales omni auxilio & privilegio iuris: cap. si aduersus. de haeret. neque, ut dixi, possunt dominium rerum, neque possessionem habere: ut in c. quo iure 8. distin. cum concord. ut ibi gl. faciunt ea, quae in alia quaest. dixi de simoniaci, qui pro eo, quod testatur, ut haereticus excipitur ab ista regula, a fortiori verus haereticus excludi debet. Nam si possessionem habere non potest, praescriptio sine possessione non procedit vulg. cap. sine possessione. de reg. iur. lib. 6. Et per consequens non fruatur exceptione istius regulae, quae possessoribus tantum tribuitur.

F QVAESTIO QVINQVAGESIMATERTIA.

QVAERO, quia textus requirit triennem possessionem pacificam, quae dicatur pacifica possessio ad effectum regulae?

SOLVTIO. Gemin. consi. 78. col. penul. & fin. post longam discussionem, concludit, illum dici pacificum possessorem, cui nulla controuersia iuris, vel facti iudicialis, vel extraiudicialis mota fuit, ut not. omnes Doct. in clem. gratiae. de rescript. quorum dicta in terminis istius regulae adducit, & ponderat Franciscus de sancto Nazario, de Ripa nuncupatus, in repet. rubr. de caus. poss. & propr. in 10. col. nu. 39. Tamè quia materia est paulum inuoluta, super qua variarunt antiqui patres nostri, neque per Gemin. aut praefatum Modernum est satis discussa: ideo eam alius repetendam duxi.

In primis igitur aduertendum est, quod licet dicta Gemi. A
 aliorum Doct. in dictis locis communiter teneantur: ta-
 men predictis aduersantur, quæ dicunt Inno. & Hostien.
 in cap. constitutus. cl. 2. de appellat. & Archid. in cap. licet
 episcopus. de præb. li. 6. vbi voluerunt, quod pacificus pos-
 sessor dicitur ille, qui percipit fructus, licet illi moueatur
 super titulo beneficij. Et hoc idem voluit decif. 3. in an-
 tiqua. de caus. pos. & prop. & decif. 3. de præb. in no. & in
 quadam addit. mouentur per. l. sciendum. §. si fundum. ff.
 qui satisd. cog. & arg. l. intra. ff. de diuers. & tempor. præ-
 scrip. satis enim est secundum eos, quod de facto quis possi-
 deat, licet super iure lis moueatur. Sed quicquid sit, hodie
 Rota tenet opin. Doctor. in d. clem. gratia. reiecta opin.
 Inno. & Hostien. quam reprobatur Egid. decif. 697.

Et ideo pro vera intelligentia istarum opi. istius regulæ, B
 aliarum de pacifica possessione loquentium, est notan-
 dum, quod magna est differentia inter possessionem paci-
 ficam, quæ requiritur in cap. licet canon. de elect. libr. 6. &
 eam, de qua loquitur rex. in ca. de multa. de præben. Nam
 quo ad ca. licet canon. sufficit pro pacifica possessione ha-
 bere exercitiū curæ, quanuis non possideatur maior pars
 bonorum, sed non requiritur, quod illa pacifica possessio
 sit continua, sed sufficit si statim non fuerit de iure vel de
 facto turbata, prout dicit Egid. in dicta decif. & cum my-
 sterio dixi statim: quia si possessor statim turbatus nō fuis-
 set, sed per vnum, vel duos mēses duntaxat, sine dicta mo-
 lestia possidisset, proculdubio ille pacificus possessor dice-
 retur, quo ad effectum d. cap. licet canon. hoc dicit gl. no- G
 tabilis in ca. commissa. in verb. pacificam. de elect. eodem
 lib. quam ita ibi Lapus Archid. & Gemin. intelligunt. Et i-
 sta, vt dixi, procedūt quo ad pœnam dictorum c. licet ca-
 non. & c. commissa. Sed quo ad c. de multa. ad effectum,
 vt quis primo beneficio curato per assecutionem secun-
 di beneficij ipso iure priuetur, requiritur, quod assecutio
 secundi non solum sit pacifica, quo ad exercitiū curæ
 tantum prout in d. cap. licet. sed etiam requiritur pacifica
 possessio respectu omnium fructuum, vel maioris partis
 eorum, vt dicunt communiter Doctores in d. c. de multa.
 Et hoc idem requiritur, quo ad cap. cum in cunctis. §. cum
 vero. de elect. vt dicit glo. in cap. si tibi concessio. de præb.

D lib. 6. sequitur Rom. in consi. 334. & in consi. 345. col. pen. Gemi. consi. 78. Et ita debet intelligi, quod dicit Bald. in cap. ecclesia. in fin. de electio. qui voluit illum dici pacificè possidere, qui possidet spiritualia & temporalia, vel spiritualia tantum, vel maiorem partem. & tenet Domin. consilio 125. in secunda colum. in tertio dubio. Rationem differentia istorum casuum ponit glo. in d. c. si tibi concessio, quæ communiter adprobatur, & in omnibus istis casibus secundum stylum hodiernum Rotæ, vt quis dicatur non pacificus, sufficit, quod ei moueatur lis, vel molestia super titulo beneficij, licet nõ turbetur possessio. Nam eo ipso, quod mouetur lis super beneficio, censetur mota etiam super possessione, licet de ea nihil dicatur, vt probatur in c. vt lit. pend. lib. 6. & tradit Calde. in consi. 5. titu. de præb.

Et est adeo verum, quod si conuentus super tit. beneficij, spoliatur possessione, ad restitutionem eius agere non possit, tãquam quod pacificè possedisset, vt dicit quædam additio in decisio. 3. de præbend. in nouis. Et ad hoc facit decisio. 3. de restit. spoliatio. in antiq. Hinc est quod si dependet. super titulo beneficij si fiat tranlatio possessionis in alium, etiam ex causa permutationis, vel alias, committitur attentatum, vt dicitur in decisio. 3. vt lit. pend. in no. & eodem titu. decis. 3. in antiq. Et hoc non alia ratione inductum est, nisi quia possessio est pars beneficij, & sapienturam eius vt probat Cardi. Alexand. in cap. 1. 7. colum. numer. 28. 1. quæstion. 1.

Bene igitur infertur, quod commissio super titulo beneficij tantum includit possessionem, vt probatur in c. 1. de seq. pos. & fruct. & in c. pastoralis. de caus. poss. quia petitorium habet in ventre possessorium, sicut mulier prægnans habet filium: vt in ca. cum dilectus. de caus. poss. Et ob eam causam voluerunt decisiones nostræ Rotæ, quod licet causa super petitorio tantum, & nõ super possessorio committatur, possunt tamè auditor, & partes vigore prædictæ commissio nis petitorium suspendere, & possessorio agere: adeo quod tela super petitorio tenta dicto iudicio possessorio seruet absq; noua obseruatione terminorũ. Qualiter autè intelligatur ista, vide quæ distinguendo dixi in notabilibus meis, seu epilogo signaturæ iustitiæ, posito in fi. q. regulæ de non iudicando iuxta formã supplicationis. Stat igitur conclusio,

quod lis mota super titulo beneficij tantum, etiã pos- A
 sessionem litigiosam reddit, adeo q̄ non dicatur pacificus
 possessor, quo ad istam regulã. Et ita seruat Rota. Pro qua
 opin. vterius facit: quia quando mouetur lis super titulo
 beneficij, dicitur agi super quasi dominio, vt in c. si tibi ab-
 senti. de prob. lib. 6. Et tamen lis super dominio, vel quasi,
 facit rem litigiosam, adeo quod quis non dicatur pacificẽ
 possidere, vt in c. 1. & ibi not. Abb. de confirma. vtil. vel inu-
 til. & Bar. in l. 2. & in authen. ibi posita. C. de litigiosis.

Sed ista non procedunt econtrã. Nam si moueatur lis su-
 per possessione, non redditur litigiosa proprietas, sed i-
 us possessionis, vt declarat Ant. Abb. & alij in d. c. 1.
 & Milis in verbo. litigiosa res. & Philip. Franc. in ca. 2. vt lit.
 pend. lib. 6. & Oldr. in consi. 299. & Calder. in d. consi. 5. B

Non obstant iura allegata in contrarium in prædictis
 de cil. Primò, text. d. §. si fundus. quia verũ est, q̄ possessio
 siue pacifica, siue non pacifica releuat ab onere satisfidandi,
 vbi dicitur: quia lis non tollit commodum possessionis,
 vt in c. 1. vt lit. pend. Sed quãnam sit pacifica possessio, ibi
 non cauetur. Nec text. in d. i. si intra. probat aliquid; ita q̄
 hæc disceptatio solum consistit in opinionibus prudentũ,
 in qua quidem disceptatione stylus Rotæ modernæ cõtra
 ratur opinioni antiquorum dominorum Rotæ, vt sape vi-
 demus, & dixi aliquid superius in illa. q. de commẽda. Nec
 immeritò. quia iste stylus hodiernus, propter maiorē tem-
 porum experientiam videtur magis in iure fundatus. Et
 ideo solet dici, q̄ Moderni sunt sicut culices in capite ele- C
 phantis, quæ videt priora & posteriora. vnde illud dictum
 vulgatum emanauit, quod quantò iuniores, tantò perspicu-
 tiores. Et licet ita sit, nescio tamen quo fato contingit, q̄
 curia Romana in stylo quotannis mutando facilis reddi-
 tur: fortè hoc accidit propter crebras Pontificum & Audi-
 torum Rotæ mutationes, vt dicit Fely. in c. Rodolphus. in
 tr. col. vers. vbi autem. de rescrip. Et declarat Alberic. in Di-
 ctionario. in verbo, curia Romana. Et hanc opinionum
 Rotæ varietatem non solum in hac quæstione accidisse,
 sed & in pluribus aliis iuris articulis euenisse legimus. Ex
 quibus quosdam exempli gratia connumerare licebit.

Nam in primis videmus Rotam antiquis tẽporibus te-
 nuisse per sententiam, quæ transiit in rem iudicatam, litẽ

Dfiniri: & tamen Rota moderna tenet litem non finiri, nisi post sententiam executioni demandatam, vt de hoc specia-
 lius scripti in regula de annali, & in quadam quaestione istius
 regulae. Sic etiam in vnione facta ex falsa causa Rota Mo-
 derna variavit ab antiqua, vt refert Milis quondam infi-
 gnis Auditor Rotae, in verbo, vnio. Eodē modo, quod ca-
 nonicatus in collegiata, cum praerogatiua regulae non ca-
 dat sub expectatiua, in forma pauperum iudicantur Domi-
 ni, modernis temporibus, vt refert D. Gulielmus iudicatu
 suo tempore fuisse in quadam decisione per rationē, quā
 ibi ponit, & tamen antiqui Domini tenuerunt semper con-
Etrarium. Sic enim natura ex varietate temporū nouas de-
 properat edere formas, vt dicitur in l. 2. C. de vet. iur. enuq.
 Et hoc non solum diuersis aetatibus contigit, quod facile
 est, sed vno, & eodem tempore accidisse comperimus. Nā
 Rota antiqua ipsa eadem suo tempore in multis etiā varia-
 uit, & fecit iudicia contraria. Nam iudicauit vno tempore,
 quod lit. pend. posset apostolicus imprans acceptare be-
 neficium vacans per obitum litigantis, vt dicit Egid. Bellam,
 se hoc vidisse teneri in Rota in consilio 35. in princip. & ta-
 men Bonifac. de Vital. etiam auditor in clem. auditor. in
 fin. de rescrypt. refert iudicatum fuisse postea contrarium.
Sic etiam antiqui auditores tenuerunt prouisiones ordina-
 rij infra mensem expectantiū valere, illis postea non accep-
 tantibus, vt patet in decis. 423. & 450. in antiq. & tamen
 postea Rota iudicauit contrarium, vt decis. 834. in antiq.
 Et Besigne. decis. 23. quam opinionem hodie tenet Rota,
 vt refert d. Petr. Andr. Gammarus Auditor in tract. leg. lib.
 3. q. 3. & dicam in regula de publicandis, quaestio. 17.
 Sic etiam in commenda aliquādo Rota tenuit regulam
 istam in ea non habere locum: alio tempore tenuit contra-
 rium, vt latius adparet ex his, quae superius q. 5. dixi. Ita quod
 non est mirandum, si ex varietate temporum generentur
 etiam noua phantasmata, & nouae speculationes, secun-
 dum Bald. in l. 1. C. de his, qui ante aper. tab. Non enim po-
 sterioribus auferri debet (vt inquit ibi Bald.) facultas vete-
 rius cogitandi, quod dictum sequitur And. Sicul. in consil.
 89. col. penul. lib. 4. & alibi saepe, vt scripti in §. omnium. &
 in §. quaedam. in tit. de actio. Et hac ratione voluit Ant. de
 But. in c. cum venerabilis. de except. quod aduocatus citra
 notam

iniri, nisi
 hoc specia
 one istius
 nota Mo
 dam nisi.
 quod ca
 a non ca
 une Domi
 s indicat
 one, qua
 mper con
 mouas de
 tur. enus
 quod facile
 rimus. Na
 etiã varia
 tempore,
 eptare be
 id. Bellam
 ncip. & ta
 auditor. in
 ontrarium.
 nes ordina
 non acce
 & tamen
 4. in antiq.
 enet Rota,
 ct. leg. lib.
 17.
 it regulam
 nuit corra
 dixi. Ita q
 generentur
 es, secun
 on enim po
 ultas vito
 l. in consil.
 omnium. &
 uit Ant. de
 catus citra
 notam

contrafietatis potest hodie vnam legem allegare A
 ad vnum propositum, & cras in alia causa melius cogitan
 do dicere, quod nihil facit. Et eodem modo doctor & te
 stis possunt hodie credere vnum, & cras mutare propo
 sitionem, & dicere se aliud credere citra periculum perijurij,
 ut dicit idem Bald. in l. de tutela. C. de in integ. rest. min.
 cum multis aliis, quæ congerit quidam Moder. & curiosus
 doctor Bonon. Vlpianus de Zaninis nuncupatus, in §. his
 ergo, in 36. & antepenultim. colum. instit. de iusti. & iure. &
 in Andr. Sicul. in d. consil. 89. & alibi sæpe se à contra
 fietate excusat: hoc enim natura inductum est, ut superius
 dicitur, quod quanto iuniores, tanto perspicaciores sumus,
 ut dicit gloss. in l. Gallus. in princ. ff. de libe. & posthu. licet
 illi ois videatur aduersari text. in cap. primo in fin. de B
 nator. feud. Vtunque sit, negari tamen non potest, ma
 gnam partem huic rerum vicissitudini extrabagantes, &
 regulas summorum Pontificum, quæ sæpe prioribus con
 trariantur, vel ab illis in aliquo differunt, conferre: nec hoc
 malum recens est, sed adhuc tempore Hostien. emerge
 bat, ut non ab re ipse dixerit in proemio suæ summæ in 4.
 col. quod d. Iulius Romanæ curiæ modò est albus, modò ni
 ger: & idem dicit Lap. alleg. 52. quam etiam styli muta
 tionem in vocabulis quoque experimur, ut Aulus Gellius
 notat, & recenset Modernus Alciat. in titu. de verb. sign.
 pag. 39.

Redeundo igitur ad propositum, Rota moderna hodie
 tenet, quod pacificus possessor quo ad effectum istius re-
 gule & cuiuslibet alterius de pacifica possessione loquen-
 tis, dicitur ille, cui non mouetur controuersia iudicialis,
 vel extraiudicialis super beneficio, iuxta dictum Pauli, Imo
 le. Card. & aliorum in d. clem. gratiæ. quicquid tenuerint
 illi, tenet Car. consil. 28. in 3. colum.

QUESTIO QVINQVAGESIMA QVARTA.

QVAERO, an per appellationem extraiudicalem in-
 timatam possessori, postea deserta, pacifica posses-
 sio triennalis iam incepta, interrupta fuerit?

SOLVTIO. Ista quæstio potest considerari dupliciter.
 Primo modo, quando appellatio extraiudicialis fuit inter-
 posita in principio possessionis triennalis, vel in medio eius.
 Secundo modo, potest intelligi, quando appellatio præces-

Dist. & eius desertio, & post eius desertionem incepit possessio triennalis, & finita fuit.

Circa primum, videtur prima facie dicendum, per talem appellationem extraiudicialē, quæ vim citationis obtinet, vt in cap. i. de appell. libro sexto, quæ post triennalem possessionem deserta fuit, possessionem pacificam prius inceptam non interrumpi. Quia sicut dictum fuit, in regula de annali, per citationem nullam pacificam possessionem non interrumpi: ita neque per appellationem desertam triennalis possessio pacifica turbari debet: quia non præstant impedimentum, quæ de iure non sortiuntur effectum, vt in c. non præstat. de regul. iur. lib. 6. Sed sic est, quod appellationis desertio facit, quod perinde sit, ac si nunquam fuisset appellatum. Et per consequens reddit appellationem penitus inutilem, adeo, quod quis videtur reduci ad illum statum, quo erat ante appellationem interpositam, vt dicitur in l. fin. §. illud ibi. tanquam si ab initio fuerit minime prouocatum, & c. C. de tempor. appellat. not. Ioan. Andr. & alij in cap. licet. de sentent. excommuni. lib. 6. Et tenet Rota in decisio. prima. de appellat. in no. & decis. 76. eod. titulu. antiquis. Igitur per eam possessio pacifica non debet interrumpi: quia nullum & inutile æquiparantur. c. secundo. de tranilat. prælato. Nam quādo res deuenit ad casum, à quo incipere non posset, actus factus nihil operatur. l. pluribus. ff. de verborum oblig. Qua igitur ratione, si appellatum non fuisset, lis diceretur extincta, per transitum in re iudicata: Eadem ratione, quando appellatio, quæ interposita fuit, postea deseritur, lis omnino extinguere debet, ac si nunquam fuisset, & per consequens, nulla existente lite, pacifica possessio non interrumpitur. Et ista de plano procedunt, data appellationis desertione: sed, quod est fortius, etiam si appellatio extraiudicialis deserta non fuerit, adhuc per eam non inducitur litis pendentia à principio, adeo, quod titulus, vt lite pend. non habeat locum in tali appellatione, vt expressè dicit decis. 69. in titu. de appellatio. in antiquis incip. sciendum est, quod c. vt circa. aliàs est secundum numerum. 764. Et rationem assignat decisio. 25. incipien. Item, si reus & possessor, & c. in titu. de rescript. in nouis. Quia appellatio extraiudicialis nihil aliud est, nisi quædam prouocatio ad causam. cap. cum sit Romana. de appella. & ideo

pet

per eam non inducitur vera litis pendentia. Ita dicit ibi A
 decil. Et ob eam causam neque appellatio proprie dici po
 nit, ut dicit Abb. & Moder. in rubr. de app. neq; habet vim
 citationis, adeo, quod appellatus, vigore talis appellatio
 nis, non tenetur comparere, nisi aliter citetur, ut tenet In
 nocent. in cap. dilecti. de maior. & obed. in prima colum. &
 sequuntur omnes in d. c. cum sit Romana. post glos. ibi in
 vers. nec solent.

Ex quibus inferitur, quod si talis appellatio non inducit
 a principio litis pendentiam, a fortiori & deserta non pa
 net aliquod obstaculum, & per consequens triennalis pos
 sessio pacifica, non erit in aliquo interrupta aut per
 turbata.

Præterea, pro ista opinione facit: quia licet appellatio B
 extraiudicialis deuolet causam ad curiam: non tamen no
 tet possessori in possessione sua, ut dicit Innocent. in d. ca.
 dilecti. & sequitur Præpositus Mediolanens. in c. bonæ. in
 11. col. vers. sextus est effectus. de appel. Si igitur posses
 sioni non officit, non erit turbata pacifica possessio: quia
 aliàs diceretur officere possessori.

Prædictis tamen non obstantibus, cōtraria opin. est de
 iure verior, ut cōclusit Rota die 30. Octob. M. D. C. C. L. X. V. I. I.
 in vna Hispanen. Cantoriæ, coram R. D. Raynaldo, penden
 te inter Ioan. Rodericum, possessorem triennem & Dida
 cum Valques. Ratio decisionis fuit: quia de iure Canoni
 co, & in beneficialibus illud erat certum, quod per appella
 tionē extraiudicialem a principio parti intimata, legitimè C
 fiebat deuolutio causæ ad curiam, ut dictum fuit, & tenent
 decisio. 39. in titulo de appella. in antiquis. aliàs secundum
 numerum 847. & decisio. 17. eodem titu. in no. & idem te
 net Egid. decisio. 521. Et desertio dictæ appellationis, post
 eam superueniens, non potest tollere deuolutionem ad cu
 riam semel factam, per quam possessio appellati interrup
 ta fuit: quia appellatio extraiudicialis, in causa beneficia
 li, non interponitur solum, ut per eam repararetur graua
 men: sed etiam principaliter, ut causa ad curiam deuolua
 tur. & hoc inducit principaliter intimatio dictæ appella
 tionis, quæ fit parti. Et ideo, licet reparatio grauaminis, per
 desertionem cessare videatur: non tamen cessat deuolutio,
 & notabiliter declarat Egid. in decisio. 520. & hoc idē latius

Declarat idem Egid. in decis. seq. & decis. 560. Si igitur causa sit etiam deuoluta, & aduersarius per eam fuit super beneficio suo ad curiam prouocatus, dici non potest, quin per hoc reddatur beneficium suum, super quo appellat, effectum non pacificum, sed litigiosum: & per consequens, induci veram litem pendentiam, quae possessionem pacificam interrumpit, ne compleri possit, nisi tali lite finita. Et quod per huiusmodi appellationem extrajudicalem legitime intimatam parti, inducatur litem pendens, tenet ad litteram Egid. in decis. 769. incipien. licet per appellationem.

Non obstat, quod desertio facit, quod censetur non appellatum, ut in dictis decisio. & in l. quoniam. C. de appel. Et ideo, deserta appellatione, attentata non reuocantur:

Quia hoc non impedit, quo minus sit litem, quae in curiam nunquam finitur, nisi per sententiam, ut dicit decis. 10. in tit. ut litem pendens in nouis. quae secundum numerum est art. incipien. Item si litem pendente. Donec igitur non sit pronuntiatum super desertione, manet litem, & dimittitur via aperta utrique parti ad procedendum in causa, ut declarat Moder. in c. non solum. §. illa. colum. 3. de appella. lib. 6. Nec obstat decis. 1. eo. tit. in contrarium allegata, quae uult, attentata post desertionem non posse reuocari per appellationem: quia illud est uerum per uiam attentati, & sic via privilegiatiua, quae fit summarie absque litem contestatione. &

Ita procedit illa decisio. Secus autem uia ordinaria, non privilegiatiua, & sic per uiam iustitiae. Ita in terminis concordant istae decisiones Philipp. Francus, post dicta Anto. & Imol. in cap. saepe. in 10. col. versio. in gl. in uerbo, rata. de appel. & Abb. & Prapof. in cap. cum sit. in 7. notabili. eod. tit. Vel dicas, quod ideo attentata non reuocantur deserta appellatione: quia non fuit dictum de qualitate grauaminis, & ita procedit decisio, alias secus: ut not. glo. in d. c. non solum. Abb. & alij in cap. dilecti. de ma. & obe.

Non obstat etiam decis. 69. de appel. in antiq. quod per appellationem extrajudicalem, non inducatur litem pendens: quia ad illam decisionem respondetur multipliciter. Primo quod illa decisio intelligitur certo respectu uidelicet, respectu collationis, vel potestatis conferendi, vel eligendi, de quibus loquitur clem. 1. & 2. ut litem pendente. Secus uero in materia beneficii. Ita explicitè declarat Imola & alij

Ca

Cur. Alexand. in c. bonæ. in nona column. versicul. succedit A
 quæstio. & columna decima, versicul. decimus est effectus.
 te appellat. post Ioan. And. in c. cum M. in verbo, innoua-
 ta. de constit. vel illa constitutio procedit, quando appella-
 tio extrajudicialis non fuit intimata legitime parti, vt con-
 cordetur Egidius in d. decisione 749. quia sine intimatio-
 ne non deuoluit. Vel illa decisio procedit in materia pro-
 fana, vel spirituali. secus autem in beneficiis: quia in ta-
 li materia illa appellatio extrajudicialis, quæ interponitur
 ad papam, de qua pars habet notitiam, habet vim veræ ci-
 tationis, & per consequens arctat appellatum, sicut vera
 citatio, & deuoluit causam, sicut appellatio iudicialis, vt est
 textus in c. primo. de appellatio. libro 6. quem textum ad hoc
 ponderat Præpositus in dicto ca. cum sit Romana. colum. pe-
 nulti. in gloss. ne solent. Et in c. bonæ. in septima colum. in
 versicul. fallit secundo. in vndecima colum. versicul. decimus.
 est effectus. eodem titulo. Et quod in tali appellatione inti-
 matio, vel aliâs scientia requiratur, quo ad hoc vt dicatur
 citatio, probat idem Præpositus in dicto ca. bonæ. in octaua
 colum. versicul. 12. & ultimo. per text. in ca. primo. de elec-
 tion. libr. 6. Et ita limitatur dictum Innocen. & sequaciū
 in dicto cap. dilecti. de maior. & obed. & doctrina Abb. &
 aliorum in dicto c. cum sit. volentium appellationem ex-
 trajudicalem non esse propriam appellationem, neque ve-
 ram citationem arctatoriam. Nam, vt dixi, non procedit
 in beneficiis, in quibus habet vim veræ citationis, &
 deuoluit negotium ad curiam inuito appellante, & appel-
 lato, dummodo fuerit intimata, vt latius declarat idem Præ-
 positus: quondam Rotæ auditor, & postea dignissimus car-
 dinalis in d. c. bonæ. in 9. colum. vers. succedit. & colum. 11.
 versicul. x. per. c. 1. de elect. libr. 6. & est de hoc clara decisio
 Rotæ 38. in nouis. Vt etiâ dicas, quod appellatio extrajud-
 dicialis non inducit litis pendentiam respectu totius cau-
 sæ, sicut iudicialis. & ita intelligitur illa decisio: Secus verò
 respectu illius grauaminis, à quo appellatur, & ita proce-
 dit decisio Egidij, & sic declarat Præpositus in d. ca. bonæ. in 9.
 colum. versic. secundus effectus. post Abb. in c. cum nobis.
 de elect.

Minus obstat, qd ista appellatio non noceat possessori,
 vt Innocen. in d. c. dilecti. quia hoc est verum, respectu malæ
 causæ

D fidei, vel impedimenti, quo minus uti non possit iure suo. Ita intelligit illud dictū Innoc. Card. Alexan. in d. c. bonæ. in 11. col. vers. secundus effectus. Secus verò respectu istius regulæ, quæ cum sit odiosa, debet strictè intelligi.

Circa secundum articulū istius q. videlicet, an possides per triennium, post appellationem extraiudicialem intimatam, & iam desertā possit iuari exceptione istius regulæ.

SOLVITIO. Istud dubium fuit hodie octava Nouembr. M. D. XXXVII. propositū per eundem Reuerend. Dominum Raynaldum Petrutium in Rota, vbi disputatum fuit. Tandem dominorū vota se in duas diuiserunt partes. Nā quatuor dicebant, possessō rem iuari posse regula. Primò, quia quemadmodū per sententiam, quæ trāsit in rem iudicatam, à qua non est appellatū, dicitur finiri & extingui lis, vt dicit gl. in cle. fin. in vers. postquā. vt lite pend. ita & lis dicitur finita, quando fuit appellatum, sed appellatio est deserta: quia per desertionem fingitur nunquam fuisse appellatum, & sententia transit in rem iudicatam: vt dicit tex. in l. si §. illud. C. de temp. appel. & in clem. sicut. & clem. si appellationem. de appellat. & isto argumento vitur Decius, qui hoc tenet in consil. 34. de vltimis impressis. incipien. visa instructione, & c. colum. 3. Et hoc in casu isto facti lius videtur tenendū, quia idē appellatus est, qui post desertionem appellationis possedit per triennium, & petit iuari regula. Ex quo datur intelligi, q. licet post desertionē appellatus possit contra appellantem agere, vt decisi. 39. de appellat. in antiquis, quasi q. desertio sit inducta in odium appellantis, & non appellanti tamen quando appellatus renuntiet prosecutioni suæ, & sic favori suo, desertio esset inducta quo ad utrosque. Sed hic possidendo per triennium post desertionem animū habuit si velle uti ista regula prout adparet. Ergo tacitè visus fuit renuntiare prosecutioni, & sic velle litem finiri per sententiā. Alij quatuor do mini, inter quos ego, tenebamus contrarium, itis fundamentis: quia, vt dictum fuit in proxima quaestione, per appellationem extraiudicialem legitimè intimatam inducta fuit litis pendentia, vt dicit Egid. decisio. 749. Igitur dicitur per eam induci molestia & perturbatio, vt dicit decisi. Thomæ Fastoli, causa. 3. dubio. 13. Et tamen constat illam litis pendentiam, vel molestiam iam semel causatam & inductam

ductam, ac ad curiā iam deuolutam, per desertionē solam A
 non tolli, quia iuxta stylum Rotæ, relatū in decis. 10. vt lit.
 pend. lis non finitur, nec tollitur nisi per sententiā. Quod
 manifestè probatur, quia appellatus, nō obstāte desertio-
 ne, potest agere contra appellantem, & prosequi causam
 per audientiam contradictarum, sine noua citatione, vt di-
 cit decisio. 39. titu. de appel. in antiq. & decis. 17. eod. tit. in
 20. Egid. decis. 521. & decis. 236. circa finē. & decis. 729. inc.
 in causa. & in aliis pluribus decis. Ratio redditur per eum-
 dem Egid. in decis. 207. incipien. auditor. & in decis. 273.
 incip. defectus. Quia desertio appellationis, videlicet, q̄
 fingatur non esse appellatum, est inducta solū in odium
 appellantis, non autem appellati. Et hinc est, quod auditor
 datus super causa appellationis & desertionis, si reperiat B
 bene iudicatum, & malè appellatum, & appellationē esse
 modò desertam, potest pronūtiare bene processum & ma-
 lè appellatum, & sic primam sententiā confirmare, & ap-
 pellationem desertā declarare: quia de omnibus istis con-
 sultat sibi. l. de qua re. ff. de iudic. ita dicunt illæ decisiones
 Egid. & idem tenet decis. 14. titu. de appel. in no. & Philip-
 pus Perusinus in c. ex ratione. colum. 20. versicu. circa ter-
 tium. de appellat. Adparet igitur ex istis, quod post deser-
 tionem adhuc durat iudiciū, & per consequens lis. Et ideo
 durante lite, non potest aliquis dici pacificus ad effectum
 istius regulæ. Hinc voluit Innoc. & alij communitè in c. ex
 parte. cl. 2. de rescrip. quod si appellatus recipit appella-
 tionem, vel aliās interest sua, ne appellatio deseratur, non po-
 test appellans illi renuntiare, nisi quatenus tendit in sui fa-
 uorem. Neque etiā permittere, q̄ fatalia labantur. Quod
 est idem secundū Ang. in rep. §. qui pronuntiauit. l. tale
 pactum. ff. de pecc. Et si appellans cōtrarium fecerit, potest
 appellatus prosequi desertionem, & à iudice appellationi
 cōdemnationē expensarū obtinere: secundū Ant. de Butr.
 & Imol. ibi. & ita dicit ibi Petr. de Anch. se obtinuisse in fa-
 uore, & cōsuluisse Federic. de Sen. & idē tenet Saly. in l. eos.
 C. de appel. Et cū istis cōcor. decis. 24. tit. de appella. in no.
 incip. itē quod auditor, & c. quæ dicit, quod auditor in cau-
 sa appellationis, absque alia noua commissione, potest de
 desertione cognoscere, & pronūtiare appellationem esse
 desertam, vel cōfirmare, si voluerit, primam sententiā, &

Din expensis appellantei condemnari facere, vt in c. sua. de appellatio. & idem tenet Thomas Fastolus causa. 3. dubio 9. per text. in dicto cap. ex parte. & est etiam de hoc decis. 36. de re iud. in antiq. Ex quibus omnibus manifestè adparet, per solam desertionem appellationis, nec litem ex ea motam extingui, nec iudicis appellationis iurisdictionem finiri. Quod vltius suaderi potest ex iis, quæ dixi in regula de annali. q. 44. vbi concludit Rota in fortioribus terminis post sententiam, quæ transiit in rem iudicatam, ante eius executionē, durare adhuc aliquas reliquias litis prioris, quæ pacificam possessionem impediūt ad effectum illius regula, & ita sæpius tentum fuisse, vt ibi latius scribo.

QVAESTIO QVINQVAGESIMA QVINTA.

QVÆRRO, an possessio desinat esse pacifica, quo ad istam regulam, si possessor triennalis cōsuetur per literas suas se habuisse notitiam citationis decretæ contra eum ante completum triennium?

SOLVITIO. Rota die 19. Martij. M. D. XXXV. in causa Legionen. beneficiorum coram domino Iacobo Simonetta, tenuit, quod non: quia per illam notitiam, siue scientiam citationis, nec possessio beneficij, neque fructus turbari videntur, quia lis turbatiua pacificæ possessionis, non ita de facili inducitur, vt notat Bonifac. de Vitalinis, Rotæ auditor antiquus, in clem. 2. & 2. colum. vt lite pendens. & facit decisio Egidij 462. Et ita etiam tenuerunt Domini in vna Tarasconen. canonicatus coram R. D. Marco Antonio, de Frense Maio. M. D. XXXVII. Pro qua decisione faciunt omnia illa fundamenta, quæ vnus ex Dominis adducebat contra illam decisionem factam, videlicet, quod sola commissio causæ interrompebat annalem & triennem pacificam possessionem, quæ hic non repetam: quia latissimè dictum fuit in regula de annali. in 48. & 49. quæst. & dicitur etiam infra q. sequen. Nec obstat decis. 408. incip. sicut dubitatum & quesitum, &c. in no. & decis. 421. etiam in no. vbi disponitur per commissionem spoliantis cōsuetentis titulum aduersarij, spoliati, probari titulum coloratum spoliati ad effectum, vt ille restitui possit, de quo dixi superius quæst. 36. sic videbatur hic dicendum. Nam si possessor triennalis cōsuetur se habere notitiam citationis decretæ contra eum ante completum triennium, ex hoc videtur proba



probati interruptio possessionis triennalis. **Q**uestio **A**
 Sed ad istas decisiones respondetur, quod ille procedit
 specialia favore spoliati, pro quo multa specialia in iure in-
 ducta sunt in odium spoliantis, ut ibi dicunt prædicta de
 cilio. Sed ista ratio cessat in casu nostro. Imò facit per con-
 trarium, ex quo reg. ista est favorabilis possessoribus, & o-
 dio sa negligentibus, sicut usufructu triennalis, ut dicit Bar-
 th. l. in prin. ff. de eo, per quem fact. et r. non debet igitur
 talis confessio solus notitia citationis turbare possessionem:
 quia non cauetur iure, quod sola confessio scientie
 allegata per actorem negligentem arguat interruptionem
 pacificæ possessionis, si aliunde non appareat de vera lite,
 quæ per executionem citationis, vel productionem mandati
 ipsius possessoris inducitur, & tunc merito desinet esse pa-
 cificus, quia titulus beneficij est affectus, vel etiã si posses-
 sio turbetur. Clarius igitur debet actor contra pacificum tri-
 ennalem probare intentionem suam, & non per contra-
 rias, ex quo actor præsumptiones contra se habet. Et ita in
 prædicta causa iudicavit d. Iacobi nunc cardinalis. **¶**

QVÆSTIO QVINGAGESIMA SEXTA. **¶**

QUÆRITUR, nunquid possessor committens causam, &
 decernens citationem contra tertium super beneficio
 quod possedit, quam citationem per decem annos
 executas non fuit, sed semper beneficium prædictum posse-
 dit, dicatur pacificus possessor ad effectum istius regulæ?

RESPONDITUR. Hodie septima Februarii M. D. XXXVII in
 una Valentina parochialis coram Reuerend. D. Raynaldo
 de Petrucciis, quatuor dominis exceptis, Rota iudicavit, qd
 licet ex eo, quia licet iste possessor committendo causam, vi-
 deretur litem introducere, & beneficium litigiosum facere,
 illa litem uocet tantum in certis casibus expressis, de quibus
 scripsi superius in tracta. signaturæ numero 64. & di-
 cam aliquid infra, quæstio. 61. & q. hinc. In illis igitur tribus
 casibus in dicto tracta. enarratis, litem pendente per solam
 commisionem, & decretum citationis in odium commit-
 tentis causam introducta dicitur, licet citatio executas non
 fuerit. secus verò, quo ad effectum istius reg. Nam ex quo
 huic possessori, qui causam commisit, nullus molestia infu-
 lit, non potest dici non pacificus, quia non fuit in aliquo
 perturbatus, neque de iure, neque de facto. Et licet dici non

D potest inchoari, nisi per litis contestationem. vti in §. omnem. in authen. de litig. & notatur in c. relatum. de offic. deleg. Et regula ista, quę loquitur de possessione pacifica, præsupponit non esse litem, quam debemus de vera lite intelligere, quę ex tribus personis constituitur, vulg. c. forus. de verb. sig. arg. l. i. ff. si ag. vectig. l. si. C. de his, qui veniam ætatis. & c. penul. de sentent. excommunic.

Et pro ista opi. adducebatur, quod in casu istius questionis possessor post decretam citationem, non executam, possedit per. decem alios annos, cuius quidam temporis intervalum inducit titulum præsumptum, iuxta l. si filius. C. de perit. hæredit. & dixi superius in alia questione, qui quidem præsumptus titulus quandam etiam litem abolitionem inducere videtur, per ea quę tradunt Doct. in ca.

Etionem inducere videtur, per ea quę tradunt Doct. in ca. contingit. de dolo & contum. & in c. illud. de præsumpt. pro quibus faciunt in proposito verba hic in fine reg. appositæ, videlicet, Antiquas lites penitus extinguentes, &c. ut latius dicam infra, quæst. 61. Et quia vera molestia consistit, quando vel perturbatio circa titulum, possessionem, vel fructus infertur, ut not. in clem. gratia. de rescript.

Prædictis tamen non obstantibus communis opin. Dominorum in pluribus causis firmata se habuit in contrariis, videlicet, quod possessor per solam commissionem causæ, & decretum tantum citationis inde emanatum dicatur taliter litem introducere, quod interrumpit suam possessionem pacificam, adeo, quod vti non poterit exceptione

Fistius regulæ. Et ita in terminis tenuerunt Domini in vna Parmen. Archiepiscopatus coram D. Nicolao de Spina, de mense Martio. M. D. XXI. ut refert domin. Gulielmus hic in quadam decisione. Et hoc idem post dominum Gulielmum temporibus meis iudicavit Rota, coram R. P. D. Petro Vortio in vna Toletana, die 10. Nouem. M. D. XXXIII. Et ita eodem modo post longas informationes iudicavit Rota per tres sententias in vna Conchen. præstimo. minorum contra quendam Ioan. de Morillas. in qua causâ ego primam sententiam protuli. Et idem in alia Giennen. & canonicatus, coram domino Simonetta contra Rodericum Lopez, in quibus ego tunc fueram tertius responsalis. Et eadem Rota tenuit in vna Valentina parochiali de Pego, coram R. D. Io. Mohedano, & in pluribus aliis causis, quas

breuita
num ce
est in ti
in anti
conclu
tationi
quo ad
tatione
siones
& Geo
Non c
non di
gari pe
& mol
ter, qu
res. ff.
tionis
ducta
dece
benefi
rum d
stat q
die in
tantu
uar, q
parte
comm
cipi ce
sam ce
relic.
fine t
olim.
cta, p
cessio
huc c
per c
tiam
ve lu
ta, d
sanct

breuitatis causa omitto. Et fundamentum istarum decisio-
 num consistit in quatuor decisionibus antiquis: quarum vna
 est in titulo, vt lit. pend. in nouis, decis. 6. & decis. 4. eod. tit.
 in antiq. Et est decisio Egidij 380. & 345. quae decisiones
 concludunt, quod per commissionem cum solo decreto ci-
 tationis inducatur vera lis, quae operatur omnes effectus,
 quo ad committentem causam, quos inducit lis executi ei-
 tatione, per rationes, de quibus ibi per eos. Et illas deci-
 siones sequuntur Fely. in c. super literis. col. 8. de rescript.
 & Georg. Astenf. in clem. saepe. in prin. col. 6. de verbo. sig.
 Non obstat, quod lis per secundam commissionem, & citationem
 non dicatur introducta, nisi in tribus casibus: quia hoc ne-
 gari potest, imo quo ad committentem, qui sibi ipsi litem
 & molestiam intulit, dicitur omni casu vera lis, & sibi impu-
 ter, qui hanc viam elegit. l. si mulier. ad Velleia. l. Imperato-
 res. ff. de iure fisci. Vnde sicut reus habens notitiam cita-
 tionis nondum executae, veniret ad causam, diceretur intro-
 ducta vera lis, quo ad ipsum: ita & causam committens, &
 decernens citationem, ex qua se habet pro molestato in
 beneficio, debet induci lis, quo ad ipsum, cum correlatio-
 rum debeat esse par conditio. l. si. ff. de acceptilat. Nec ob-
 stat quod lis constat ex tribus personis, &c. quia illud proce-
 dit in iudicio: secus in lite, quae potest cum iudice & actore
 tantum constitui, vt in dictis decisionibus. Nec etiam rele-
 uat, quod lis capit initium a litis contestatione: quia illud ex
 parte actoris non procedit, qui titulum sui beneficii per
 commissionem suam litigiosum effecit, & sic visus fuit prin-
 cipi confiteri, se ab alio, super hoc molestari, & petiit cau-
 sam committi, & sic committendo causam, sibi ipsi litem in-
 tulit. quae durat durante commissione, donec aliquo iuris
 fine terminetur. Faciunt not. per Hostien. & Io. And. in c.
 olim. de accusat. Et ista decisio Rotae in praedictis causis fa-
 cta, procedit, etiam si reus, contra quem emanauit citatio,
 cessit liti & causae coram notario, quia hoc non obstante ad-
 huc causam omittens non dicitur pacifiscus: quia lis semel
 per commissionem introducta, non perimitur, nisi per senten-
 tiam executioni demandatam, vel per extinctionem papae,
 vt sunt decisiones vulgatae. Et ita in isto casu concludit Ro-
 ta, die 5. Iunij. M. D. xxxix. in vna Brachar. parochialis
 sanctorum Faustini & Cypriani, coram R. P. D. Marcello

Depiscopo Maricano pro Christophoro Ferdinandi, contra Aluarum Ferdinandi, qui prætendebat se esse triennalem pacificum, propter prædictam cessionem huius & causæ, ut latius in suis informationibus dixerunt aduocati.

QVAESTIO QVINQVAGESIMASEPTIMA.

QVAERO, an ab ista regula actor deducere ex triennio possit tempus impediendi bellorum, infra quod non ponit possessorem triennalem ad iudicium euocari facere?

SOLVITIO. Videtur dicendum, quod non. & tenuit Rota de mense Ianuario. M. D. XXXII. coram R. P. D. Marcello, in vna Zamoren. quæ voluit non deduci tempora impediendi, ex eo, quod probatum fuerat bella de anno M. D.

EXXXVII. in vrbe fuisse. Nam illud non concludebat: propterea quia potuit possessor conveniri, & in partibus coram ordinario citari, ubi impedimentum non erat, & sic interrumpi poterat ibi triennalis possessio. Si igitur actor non fecit, sibi imputandum est. Ibi ita dixerunt Domini.

Sed aduertendum est, pro clariori intelligentia titulus quæstionis, quod impedimentum potest considerari multipliciter, & vario modo: & ideo in ista quæstione distinguendi sunt plures casus.

Primus est, quando bellum est in vrbe, & non in loco beneficii, & tali casu non excusatur negligens. Et ita procedit decisio facta in dicta causa Zamore: propter rationem in ea assignatam. Et quia huiusmodi impedimentum venit ex facto impediti, quo casu non excusat, ut not. Rom. in consil. 9. facit text. in c. quia diuersitatem. de concess. præb. & sequuntur Moder. in l. naturaliter. ff. de vsucap.

Secundus casus est, quando bellum viget in loco beneficii, in quo citari debet possessor ad effectum interrupendi possessionem: & isto casu communis est resolutio, quod deducantur de medio tempora impediendi bellorum, quia interim præscriptio non currit, sed dormit, adeo, quod finito bello, siue hostilitate, tempus sequens continuatur cum præcedenti, ut not. Inno. & Doct. in c. ex transmissa. & c. auditis. & in c. de quarta. de præscrip. & est decis. Egid. 83. Et idem est, quando actor non potuit citare possessorem, ex eo, quia fuit detentus ab hostibus, nec potuit procuratorem constituere: tali enim casu præscriptio triennalis

nalis non curreret contra eum, ut tradit Specul. tit. de in A
 integ. rel. §. i. ver. diximus. Et habetur in l. succurritur. ff.
 ex quib. caus. ma. facit gl. in e. cum per bellicā. 34. q. 2. quæ
 voluit, quod clerico captiuo ab hostibus, & postea redēsi-
 ti, est beneficium restituendum, quanto cūque tempore
 steterit detentus. glo. in c. pastoralis. 7. q. 1. Et idem dicitur
 de impedimento grauisima pestis, quando aliquis non
 audeat accedere ad citandum possessorem, per ea, quæ not.
 in c. si verō. de iureiuran. & not. Abb. in cap. dilecti. de do-
 lo & contum. Hinc voluit Henr. Boich, Doctor antiquus,
 in cap. quoniam. ut lite non contest. quod vbi aer est infir-
 mum & pestifer, potest beneficiarius se absentare à benefi-
 cio, nec debet procedi contra eum ad priuationem, sed
 debet expectari quousque cesset impedimentum. Facit
 text. in clement. ne in agro. §. sanē. de statu monachorum.
 iuncta glōf. in verbo, rationali. Et ita in genere reperitur
 iste casus decisis in concilio Basilien. tit. de pacificis pos-
 sessoribus, à quo sumpta fuit ista regula, ut superius in pro-
 omino diximus: in quo quidem concilio excipitur casus ho-
 stilitatis, vel aliud legitimum impedimentum. Est bene ve-
 rum, quod taliter impeditus, debet de hoc protestari, &
 possessori intimari facere, iuxta formam dem. causam. de
 elect. Tamen hoc intelligi debet in casu, in quo possit fie-
 ri intimatio, Nam si esset actor in carceribus, vel vi deten-
 tus, excusandus esset: per nota. per Abb. in ca. cum M. de
 constit. & c. quod metus caus. & not. Bal. in l. si repeten-
 di. C. de condict. ob tur. caus. C
 Sed in casu, in quo persona impedita non fuisset, est du-
 bium, nunquid talis protestatio hodie sit necessaria, quia
 licet in dicto concilio statuatur hoc esse necessariū: tamen
 Romani Pontifices in suis regulis Cancellarię hoc non re-
 ceperunt, sed potius vñ sunt illud relinquere sub disposi-
 tione iuris communis: arg. l. commodissimē. de liberis &
 posthum. Et de iure communi regulariter non est necessa-
 ria protestatio impedimenti extraiudicialis: quia sine ea
 excusatur impeditus, licet possit aliquando de bene esse
 fieri, & ad cautelam. l. si cum ipse. ff. de excusat. tut. c. ex in-
 nuatone. de appellatio. de quo Bar. in l. senatus. ff. de offi.
 pzet. & c. plerūque, de rescrip. vbi Abb. & Petrus de Ancha.
 in ca. cupientes. §. q. si per viginti. de electio. lib. sexto, de

Qua quidem protestatione, nunquid necessaria sit, latius in regula de annali, quaest. 75. & sequen. dixi.

Aduertendum tamen est vltcrius, quod allegans impedimentum ad effectum, vt audiatur contra regul. debet illud probare. vt est decis. 3. in ti. de iureiur. in antiq. alias est nu. 303. & hoc tenet Innoc. in c. ex transmissa. in prin. de prescrip. & est tex. in l. 2. §. quod diximus. ff. si quis caus. Quomodo autem probari debeat impedimentum, decisio praedicta dicit, quod quando praesumptio verisimilis est pro impedimento, sufficit illud probare proposito iuramento: alias tamen plenè probari debet, ex quo agitur de prauidicio tertij, vt tradit Fely. in c. si pro debilitate. col. penult. de offi. deleg. & Moder. Mediolan. in c. sciscitarus. in fin.

Et de rescript. & in c. eum sit Romana. in 1. colum. de appel. Et ista omnia de plano procedunt, quando quis petit se admitti per viam restitutionis ad agendum contra regulam eum excludentem. vbi verò quis admittitur per viam gratiae, secus est, vt puta quando quis petit prorogationem istius regu. forte ad annum. Nam licet in prorogatione dixerit se illam prorogationem petere, propter impedimentum belli: non tamen adstringitur ad probandum illa. Ita hodie 18. Febr. m. d. x x x v i i i. fuit conclusum per Dominos in vna Toletana Abbatiæ sancti Vincentij coram D. Io. Paulo Ptolomæo. Ratio fuit, quia ex quo papa gratiosè concessit prorogationem infra tempus regulæ, quam sine aliqua causa n. emini solet denegare, expressio eorum, quæ si tacita fuissent, nihilominus papa concederet, etiam si sit falsa, non vitiat concessionem, vt est decis. 350. incip. Nota quod illa. post Inno. in c. in nostra. in fi. de rescript. & in c. cum nostris. de concess. prebend. Egid. decis. 4. & decis. 115. Et praesertim in d. casu, vbi si papa prorogationem non concessisset, posset actor agere contra possessorem, cum esset infra tempus triennij.

QVAESTIO QVINQVAGESIMA OCTAVA.

QVAERO, quid important ista verba posita in text. videlicet, Super beneficiis sic possessis nequeant molestari? &c.

SOLVTIO. Omittendo illam disputationem, de qua inter Doct. an prohibitio molestiæ intelligatur de iudiciali, vel extraiudiciali, de qua latè per Fely. & Mod. in c. cau. san

Am. de rescript. & in cap. in praesentia. de probatio. vbi late A
Andr. Sicul. nu. 13. insistit, vt ego latius dixi post Moder.
in cap. ad nostram. el. 1. de iureiur. qui quidem text. fuit mi-
hi per R. Patres, Dominos meos auditores Rotae, assigna-
tus, in punctis publicae disputationis auditoratus mei, die
7. Maij. M. D. XXI. super quo latissimam disputationem
composui.

Ad propositum redeundo, dic q. quo ad effectum istius
regulae, ille dicitur molestare possessore, qui de iure, vel de
facto iudicialiter, vel extraiudicialiter, quouis modo in-
quietat eum, etiam si verbaliter hoc agat, negando illu ha-
bere titulu, vt tradit Ias. in l. si prius. in 5. & 6. col. ff. de ope.
no. nunt. Et hoc intelligitur ta in petitorio, quam possessio-
rio, vt dicunt in terminis Modern. in tracta. beneficij. in 3. B
parte. q. 21. vbi late examinant istam regulam, & dixi supe-
rius in alia q. Et hoc in ratione consistit, quia papa hic ma-
dat non molestari. Et tamen haec verba, Non molestari, seu,
Non inquietari, idem important de iure canonico, quod
silentiu imponere, secundu Bal. in l. 2. C. ne fil. pro patre.
Et silentiu imponere, nihil aliud est, quam audientiam de-
negare. cap. 1. §. si quis autem. de pac. Costan. & l. 1. §. quod
aut. ff. de aleat. per quae iura dicit Bal. in d. ca. 2. quod paria
sunt, silentiu perpetuum imponere, & audientiam perpetuo
denegare. Et sunt tanta potetia haec verba, quod senten-
tia imponens perpetuum silentiu, vel audientiam denegans,
est diffinitiu, & trahit secum executionem ipso facto, nullo
medio interueniente, vt dicit Bal. in l. 1. §. si ff. si quis in ius
C
voca. non ierit. Innocen. & Ioan. And. in cap. cum nostris.
de concess. praebend. Facit text. in cap. dilecto. in fi. de pra-
bend. & in cap. ecclesia. de caus. posses. Vnde ille, qui prohi-
betur inquietari, videtur iustus perpetuo silere, ita quod
non poterit audiri, si velit aliquid contra titulu dicere, siue
per viam actionis, vel in integrum restitutionis, siue alterius
cuiuscunq. prosecutionis, etiam per viam replicationis, vt
Alex. dicit in consil. 36. 1. volumi. Et tradit notabilius idem
Alexand. in pulchro casu, in consilio 151. viso themate. & consil.
164. viso processu. in 2. volum. Et secundum hoc potest in-
ferri, quod triennalis possessor eadem debet securitate gau-
dere, qua gaudet praescribēs p 40. annos, per ea quae Alex.
ibi adducit, & reassumunt Moder. in tract. praescrip. fol. 38.
K K K

P col. i. quod erit perpetuò notandum contra illos, qui dicunt triennalem possessionem prescriptioni non æquipollere. Et pro ista opinione pòdero illud verbum, Nequeat, positum in tex. hic: per quod tollitur iurisdicção, adeò quòd acta, sententia iudicis, & inde sequuta, in contrarium non valent: vt dicit Bal. in l. cum dubium. col. fi. C. de legib. & in l. cum lege. ff. de testament. & idem dicit Bal. in d. §. si quis autem. Nam dicta verba, ex quo sunt priuatiua, de natura sui tollunt omnem potentiam, vt dicunt Archidia. & Ioan. And. in nouella, & in cap. cum plures. de offic. deleg. lib. 6. Et adeò hoc est verum, quòd dicit hic glossator in quinta col. versic. & ex hoc consului, quòd ista verba, Non molestari, adeò omne impedimentum tollunt, quòd possessori dant titulum: vt tenuit Rota in vna Portugal. de Vallada, in qua ita pronuntiauit Gaspar Auditor, vt hic per eum. Tamen ego de hoc multum dubito, per ea quæ dicam hic in calce istius quæstionis. Et quòd ista verba, Non molestari, absolutè intelligantur de omni molestia, sunt plura iura. In primis text. in c. secundo. in fi. ibi, Non esse molestandos. de præscript. lib. 6. & bonus text. in l. fi. in versic. nullam molestiam, vel inquietudinem. C. de fun. pat. lib. 11. & in cap. licet. in fi. de probat. & in cap. 1. de statu monac. & in l. Aurelius. in princip. & §. Gato. ff. de lib. leg. Facit etiã text. in cap. ex parte Adæ. de testib. & in cap. audita. de restit. spol. & in cap. dilectus. de simon. & in l. 1. C. de nudi. Et ista omnia procedunt, quãdo subiecta materia & generalitas verborum hoc innuunt: quia tunc clarum est, verbum Molestia, de omni perturbatione debere intelligi, vt dicit notabiliter Moderni Mediolanens. in cap. sciscitatus. in 4. notab. per illum text. de rescrip. & est notabilis decisio Rotæ 18. in titulo de restit. spol. in nouis. quam plures sequuntur, vt ibi dixi. Et eam nouissimè sequuti sunt Domini mei, in vna Bracharè. parochialis Sanctorum Fausti & Cypriani, coram Reuerend. Dom. Ioan. Paulo, de mense Iunio. m. d. xxxviii. Cùm igitur in ista regula sint verba prægnantia, concludendum est, intelligi debere hoc verbum Molestia, generaliter de omni inquietatione.

Et ista declaratio facit ad plures quæstiones examinandas inferius. Et verba huiusmodi, Non molestari, respiciunt licet antiquã. Hoc enim colligitur ex verbis regulæ Calixti, que habetur

habebat alia verba, quæ non sunt hodie in modernis regu
 A
 lis. Nam dum text. hic dicit, dummodo in beneficiis huius-
 modi, si dispositioni apostolica ex aliqua reservatione ge-
 nerali in corpore iuris clausa, reservata fuerint, se non in-
 traserint, &c. in reg. Calixti sequebantur ista verba: Et cau-
 se super ipsis beneficiis, ab anno proximè transacto, pro-
 secutæ non fuerint, super beneficiis taliter possessis ne-
 queat molestari, &c. Ita quod illa molestia respicit litē præte-
 ritam: quam si non prosequatur, prohibetur molestari.
 Possunt etiam respicere futuras impetrationes, cum etiam
 illud molestia appelletur. Nam impetrando contra aliquē
 possessorem triennem, dicitur molestari, ut in l. si. C. ne li-
 te pendent. & in l. si quis maior. vbi latissimè repet. C.
 de transactio. Et licet verbum Molestia, largo modo capiat
 B
 omnem molestiam, etiam in possessorio: illud tamen non
 procedit, quo ad istam regulam, quæ non habet locū, quā-
 do agitur possessorio, ut superius in alia questione est di-
 ctum: sed procedit tantum in petitorio, & circa illud dicit
 regula, non debere possessorem molestari. Est etiam ad-
 uertendum, quod molestia ista intelligitur, respectu actoris
 impetrantis, secundum glo. notabilem in ca. cum olim. de
 cau. poss. & pro pr. not. Bal. in c. ex conquestione. de restit.
 spol. Secus verò est respectu ordinarij, cui non obstat ista
 regula, nec illi silētium imponitur. Nam potest ordinarius,
 etiam post triennem possessionem, amouere possessore
 sine titulo, & alteri conferre, quia ordinario non obstat re-
 gula, ut in terminis dicit Felyn. in cap. sicut. in 16. col. de re
 C
 iudic. & in c. licet Heli. de simo. & in ca. illud. de præsumpt.
 post Abb. in cap. dilecto. de præbend.

Ex quibus omnibus facio istam conclusionē, quod licet ver-
 bū Molestia, generaliter de omni molestia intelligatur, ut
 dictum est: tamen in ista regula non intelligitur generali-
 ter, sed respectu tituli tantum. Sed super possessorio, trien-
 nalis possessor molestari poterit, ut dictum est superius. q. ii.

In contrarium tamen, quod molestia prohibitio in dubio
 intelligatur de possessione tantum, & non in petitorio, vi-
 detur text. in c. licet causam. de probat. Sed ad illum text.
 potest responderi, quod ibi fuerat actum possessorio reti-
 nendæ: propterea illa verba impositionis silētij, & sic mole-
 stia, possessoriū tantum respiciunt: quia sententia refertur ad
 KKK ij

Did quod est petitorium, vt in l. si quis. ff. ad exhiben. & ibi gloss. & Bart. & in l. si vt proponis. la. i. C. quo. & quādo iud. Sed extra illum casum, silentij impositio respicit possessorium & petitorium, vt probatur in ca. dilecto. in fi. de prabend. & in c. ecclesia. de caus. poss. & proprie. & in cap. i. in fin. de concess. prabend. lib. 6. & secundū hoc posset defendi dictū Glossatoris hic, quod ista verba, Nequeant molestari: si vtrunq; comprehendunt, possessori triennali titulum dare videntur. Ex quo infertur, quod triennalis possessor, etiam contra ordinarium se defendere posset.

Tamen istis non obstantibus, contraria opinio est verior, videlicet quod ista regula secundum interpretationem Rotæ, non dat titulum, sed tantum exceptionem, & ideo

Eordinarius nō prohibetur contra triennem de titulo inquirere. Ita tenent Felyn. & communiter Moder. in d. cap. sicut. & in aliis locis superius allegatis. Et q̄ ista opin. sit vera, videlicet, quod ista regula non det nisi tantum exceptionem, probo manifesta ratione: quia dicta verba, Nequeant molestari, &c. hic posita, sunt prohibitiua, ex quibus resultat vnū dictum vbiq; ad probatum, quod quando lex aliquid vetat ad commodum illius, cui fieri aliquid vetatur, tunc ex illa lege non competit illi in fauorem, cuius prohibitio facta fuit, nisi sola exceptio. Ista est doctr. Bart. communiter adprobata in l. i. in 2. colum. versic. quandoq; lex vetat, &c. nume. 5. ff. de condict. ex leg. & in l. i. ff. ad Ma cedo. & in l. i. ff. ad Velleia. Sed in casu nostro, prohibitio

Fmolestiæ, per istam regulam in fauorem triennalis possessoris inducta fuit: ergo illi tantum competet exceptio, & non actio, & sic non acquiritur illi per istam regulam titulus: quia si titulus acquireretur, agere posset. cuius contrarium ex superius dictis probatur.

Concludo igitur, regulam istam tantum exceptionem producere, quæ non impedit ordinariū inquirentē. Item, quod illa prohibitio solum operatur, quando triennalis possessor super titulo molestatur, non autem super possessione, per ea, quæ superius diximus, in quaest. ii. Ex quibus infertur, quod ista verba, Nequeant molestari, hic posita, attentata subiecta materia istius regulæ, non concernēt possessorium, prout in dicto c. dilecto. cum aliis superius allegatis, sed petitorium tantum. quod not.

QVAESTIO QVINQVAGESIMANONA. A

QVAERO, an possessio capta per amicum sine mandato, cum titulo colorato, possit inde ad duos annos per dominum ratificari: itaq; post ratificationem, dominus possidens ulterius per annum, efficiatur triennalis, in prauidicium medij impetrantis à papa?

SOLVTIO. Hodie 14. Decemb. M. D. XXXVII. in vna Regien. canonicatus & praebendæ, corâ R. D. Raynaldo, fuit per maiorem partem Dominorum conclusum, quòd non: quia ratificatio tali casu non potest fieri in prauidiciũ tertij, nisi ratificantis, vt tradunt Docto. post gloss. in cap. ratihabitio. & cap. ratum. de reg. iur. lib. 6. & laf. in l. filio, quem pater. colum. i. de libe. & posth. cum sexcentis concord. congelitis per Decium in l. semper qui non prohibet. colum. ff. de regul. iur. Et ideo possessio incipiet à die ratificationis: & sic ex nunc, non autem ex tunc, praesertim, quia tempore quò amicus accepit possessionem, dominus non habebat animum possidendi, & possessio capi non potest sine animo & corpore. Et per hoc potest decidi alia questio. quæ pendet modò, de mense Maio, M. D. XXXVIII. in vna Salamantina capellaniæ, coram R. D. Ioanne Mohedano. in qua quidam Petrus Sarmiento commisit causam contra Ferdinandum Alphonfi, possessorem, & quidam assertus procurator dicti Petri obtinuit decretum citationis, quæ executâ fuit contra d. Ferdinandum. Post cuius executionem d. Ferdinandus triennio possedit, deinde post triennium d. Petrus Sarmiento ratum habes quicquid factum fuit per assertum procuratorẽ suum, prosequitur causam contra dictum Ferdinandum possessore, qui excipit de ista regula, & fuit dubitarum quid iuris? Tandem domini resolverunt locum esse regulæ, per supradicta, & per illa fundamenta, quæ scripsi super regula de annali, quest. 49. vbi fuit decisis idem casus in vna Tuden. coram R. D. Ioan. Clerici, vt ibi dixi.

QVAESTIO SEXAGESIMA.

QVAERO, an possessor triennalis, cum titulo tantum colorato, possit agere post triennium, cõtra habentem verum titulum, ad recuperationem aliquorũ fructuum perceptorum?

SOLVTIO. Dicendum videtur, quòd non: quia licet tri-

KKK iij .

Dennalis possessor, cum titulo colorato fructus legitime retinere possit, & agentem exceptione istius regulæ repellere: non tamen agere poterit: quia ista regula non defendit nisi possessorem, & ad hoc concedit tantum exceptionem, sed in petitorio nihil tribuit, ut superius, q. 58. probauit, per doct. Bart. in l. x. nume. 5. ff. de condic. ex lege. Itaque si triennalis possessor, sub prætextu suæ possessionis triennalis contra habentem verum titulum agere vellet, & ille se ex titulo vero defenderet, certe succumberet: quia oportet eum de titulo meliori docere, quæ sola possessio triennalis producere non potest: quia & Fely. & alij, tam in c. illud. de presump. quàm in c. sicut. col. 16. de re iud. & in cap. licet. de simo. dicunt regulam istam neminem in petitorio iuuare, sed tantum exceptionem producere.

Posset tamen vnus casus considerari, in quo licet triennalis possessor esset, actor posset priuilegio istius regulæ uti, per viam replicationis, ut quando contra vsurpatorem, & sine aliquo titulo intrusum, & vsurpatorem alicuius partis fructuum ageret. Nam propterea, quod triennalis possessor omnes fructus non possideat, non desinit esse pacificus: quia sufficit eum maiorem partem possedisse, iuxta not. in cap. commissa. de electio. libr. 6. & in cap. de multa. per Abb. & alios de præbend. ut latissime dixi superius in alia. q. Si igitur triennalis possessor, contra illum intrusum sine titulo ad illos fructus ageret, & intrusus de non legitimo & sufficienti titulo triennalis possessoris exciperet (nã coloratus titulus non est sufficiens, neque ad agendum satis firmus) posset hoc casu, ut opinor, triennalis replicare titulum illum coloratum, cum triennali possessione coniunctum, ad recuperandum fructus ab illo vsurpatore nullum titulum habenti, sufficere: quod non sufficeret, si triennalis cum intruso habenti bonum titulum concurreret: quia tunc oporteret de veritate tituli, ad effectum canonizationis discutere, & stante bono titulo alterius, coloratus titulus triennalis possessoris canonizari non posset. Imò si alius titulus non esset, ille titulus coloratus nunquam canonizari debet, licet in isto casu sufficiat, quo ad iudicationem fructuum ipsi triennali faciendam.

QVAERO, quomodo intelligatur vltima verba istius regulæ, videlicet, Antiquas lites penit⁹ extinguentes?
SOLVTIO. Ista quaestio est multum necessaria ad istam regulam, & pendet modò in Rota coram me, in causa Conchen. prætimoniorum inter Ioan. de Morillas ex vna, & Garfiam de Villareal. Sed intellectus verborum eius est valde difficilis. Nam d. Iacob. Simonetta, auditor omnium antiquior, & fortè etiam curiosior, dixit se pluries audiuisse à maioribus suis, qui hoc idem à prædecessoribus suis etiam habuerant, ista verba nunquam intellecta fuisse: quinimo sæpius interrogasse Reuerendiss. d. Laurentium Cardinalem Sanctorum Quatuor, virum certè longo vsu & doctrina singularissimum, qui sæpe huiusmodi regu-
Blarum editionibus interfuit: & respòdisse, se ignorare quid illa verba præ se ferrent, sed ea prout à maioribus, quasi per manus recepit: ita prout iacent describi permisit. Et Glossator hic etiam dicit se super intellectu istorum verborum interrogasse doctos & practicos curiales, & præsertim Nicolaum de Castello tunc aduocaturn, & Antonium de Eugubio practicum, & antiquum causarum procuratorem, qui sibi dixerunt, illa verba non intelligere, nec putabant vquam intellecta ab eiusdem compositoribus fuisse. Itaque dici potest, hoc dubium esse veluti illud Gordij vinculum tota Asia celebratissimum, tot etiam seculis inextricabile. Quod qui soluisset (vt erat apud incolas frequens opinio ex oraculi voce) tota Asia potiri debebat, vt autor est Arrianus, & Qu. Curtius, rerum gestarum Alexan. libro tertio. Verum quia nihil in rerum natura est ita difficile, quod nõ labor assiduus & industria conficiat, decreui pro tenui facultate mea, in hoc tam ancipiti & difficili passu neruos intendere: non, quòd me sperem aliquid assequi, quòd non prius & melius maiores nostri cogitauerint: sed quòd factis est, mihi consuluisse arbitror, si rem ipsam explicem clarius, disseram copiosius, quàm per alium hæctenus factum fuerit. Nam, vt opinor, ista verba, Antiquas lites, &c. septem, vel octo intellectus, seu interpretationes recipere possunt, quorum aliquos Glossator hic confusè & inuoluntè enarrat. Ex quibus omnibus duos tantum Rota adprobauit. Et ideo vt omnes suo ordine discutiatur, re aggredior.
 KKK ⁱⁱⁱ

D Antiquas lites super illis motas penitus extinguentes, &c.
 Primus igitur intellectus istorum verborum fuit, quod ista
 verba de litibus motis contra possessorem, ante possessio-
 nem triennalem intelligantur. Nam si post illam litem pos-
 sessor, absque aliqua molestia triennio pacifice possedit, il-
 la triennis possessio sequens, lites illas anteriores extin-
 guit. Sed advertendum, quod iste intellectus non videtur
 verus, non solum quia contra illum intellectum Rota bis
 iudicavit, ut refert hic Glossator, sed quia aliis motibus &
 rationibus subsistere non potest.

In primis quia stante isto intellectu, sequeretur hoc in-
E conveniens, quod regula ista ius quaesitum sit. ped. tolleret.
 quod tamen ipse idem summus pontifex, istius regulae con-
 ditor, hoc superius per aliam suam regulam prohibuerat. De-
 bent ergo verba generalia istius regulae raliter interpreta-
 ri, ut quo ad fieri possit, iuri communi conveniant, ut in cap.
 causam. de rescript. Et in dubio, talis debet praesumi papae
 illius conditoris mens & intentio, qualis est iuris, ut vide-
 licet, nemini praesudicium, nec iniuriam faciat, ut tradunt
 Bal. Alexan. & Ias. in l. ex facto. ff. de vulg. & pup. post Inno.
 in cap. quoniam, ut lite non contest. Non enim inde inu-
 ria oriri debent, unde iura nascuntur, ut dicitur in cap. qua-
 liter. de accusatio. & in l. meminerint. C. unde vi. Quod au-
 tem ex tali intellectu, siue interpretatione regulae ius quaesi-
 tum tollatur, exemplo probatur. Nam ponamus me impe-
 trasse beneficium ex iusto titulo, ex quo mihi ius verum,
 reale, & indubitabile competit, vigore cuius Titium pos-
 sessorem adhuc non triennem in iudicium traxi. Certè
 attento praedicto intellectu, ab isto bono & vero iure meo
 excludor, si per triennium praedictam litem non profec-
 tus fuero, & Titium post litem per me motam triennio
 possidere permisero. Quod quantum in beneficialibus pro-
 hibetur, nemo non intelligit, cum satis notum sit, in be-
 neficialibus quem a suo bono iure, solo temporis cursu
 excludi non debere. cap. 1. & 2. de reg. iur. lib. 6. & cap. ex-
 frequentibus. de instit. tradit Bar. in l. solent. §. fin. col. fin.
 ff. de offic. proconf. quod Rota tenuit in duabus causis: ut
 refero in regula de non tollen. iu. quaesit. q. 5. numero 13.

Præterea, ex praedicto intellectu sequitur aliud absurdum,
 quod impetranti, fortè legitime impedito infra triennium
 litem

item profecti, tollitur ius quæsitum sine causa, contra di- A
ctam regulam, & l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loc.
pub. & cap. satis peruersum. 56. diutin. Item sequitur etiam
aliud inconueniens, quòd is, qui nullum ius habet, trien-
nali possessione bonum ius habentē excludet. Itaque hoc
casu melioris conditionis erit iniquus possessor, quàm bo-
num ius habens: contra text. in cap. eum, qui. de præbend.
lib. 6. qui quātò diuturnior eius possessio probatur, tantò
grauius puniri deberet, per rationem text. in cap. si. de præ-
script. Cui etiam in intellectu refragatur decisio Rotæ iam
diuturno patrum vsu & cōsensu comprobata, in titu. vt li-
te pend. in no. decis. 10. quæ disponit litem semel inceptā,
nunquā in Rota, nisi per sententiā finiri. Ex qua sequitur,
quòd lite pendente possidēs, pacificus possessor dici non B
potest, & per consequēs vti priuilegio istius regulæ nō po-
terit. Reiecto igitur isto intellectu, alius perquirendus est.

Secundus igitur intellectus regulæ est, quòd illa verba,
Antiquas lites, &c. intelligantur de litibus motis cōtra tri-
ennalem possessorem post triennium, antequam regula
ederetur, quæ postea edita regula, cassantur. Ille intellectu
fundatur ex serie verborū regulæ, in quantum superius di-
xit, Super beneficiis taliter possessis, &c. & paulò post di-
cit, Impetratiōes de beneficiis sic possessis, &c. deinde sub
dit vltimo loco, Lites super illis motas penitus extinguen-
tes. Ex quo ergo superius regula semper loquuta est de be-
nificiis triennio possessis, & postea dicit, Lites super illis:
debet intelligi super illis sic triennio possessis, vt ista rela- C
tio, cum eadem qualitate fieri censeatur, iuxta doct. Bart.
in l. Julia. in princip. ff. de hære. instit. & Bal. in l. si. C. de im-
pub. & aliis substi. reg. enim intendit pacificos possessores
triennales tā per exceptionē respectu futuri tēporis, quàm
per extinctionē litis, respectu præteriti, tueri ac defendere.

Iste intellectus fuit antiquorum aduocatorum, cui ma-
gis adhærere videbātur verba regulæ Calixti, quàm istius
regulæ, vt dixi in præfatione istius regulæ. Et istum intelle-
ctum, vltra Glossatorem hic, reperio plures Doctores, di-
uersis temporibus, in variis causis tenuisse. Nam Anto. de
Capharellis, & Ludouicus de Interâne, egregij aduocari,
in causa Salzburgen. præbendæ, istum intellectu sunt se-
quuti. Et idem Antonius eundē intellectu tenuit in causa
KKK v

D Maclouien. ecclesie de Sancto Iuato, quem in alia causa Ioachinus de Narnia est imitatus.

Sed iste intellectus reprehenditur ex parte Garfæ, in dicta causa Conchen. nunc pendente coram me, quod non sit verus, ex eo, quia si regula intelligatur de litib. post triennalem pacificam possessione motis, frustra ponerentur illa verba, Antiquas lites, &c. quæ præsupponunt lites ante triennalem esse motas, non post triennalem. Nam si papa de illis intellexisset, dixisset lites post triennalem possessionem motas, & non dixisset, Antiquas lites penitus extinguentes. Verum quia illud videbatur superfluum, omisit, quia post triennalem possessione, non oportet extinguere lites, cum hoc ipsum sit priuilegium ipsius triennalis possessionis, lites extinguere, & silentium perpetuum imponere, ut patet ex illis verbis, Nequeant molestari, quod idem significant, ut dixi superius in questione 58. Nam si post triennium completum regula permetteret molestari, non bene quadraret prohibitio, quæ locum habet ipso eodem momento, quo finitur triennium. Molestia igitur & lis debet præsupponi ante triennium, quæ post triennium prohibetur, etiam in futurum, & lis præterita extinguitur. Et tunc bene quadrant verba regulæ, Antiquas lites penitus extinguentes. Et ideo ad alium intellectum veniamus.

Tertius intellectus istorum verborum colligitur ex regula Hadriani, licet extincta per eius obitum, ut videlicet ista verba intelligantur de litibus motis, per prædecessores contra alios possessores, vel per alios contra ipsos. Secus, si ipsi triennales possessores litem mouissent super beneficio contra alios, & sic fecissent sibi beneficium litigiosum. Nam licet postea possederint dictum beneficium per triennium, regula ipsis, qui litem mouerant, non suffragatur. Iste intellectus sumitur ex verbis dictæ regulæ Hadriani. Potest tamen sumi argum. ex lege reuocata, vel correctâ ad intellectum alterius legis, iuxta doctrinam Bar. in l. si de coniungen. cum emancip. lib. & in l. si. ff. de falsi. Nam non est nouum, quod leges posteriores per antiquas etiâ reuocatas declarentur, vulg. l. non est nouum. & l. nam & posteriores. cum ex actu nullâ voluntas & mēs disponētis colligatur, & declaretur: vulg. l. si. ff. de reb. eod. Pro isto intellectu videtur dictū Nicolai Milis antiqui auditoris in verbo, lites pendentes

pendente, quo ad litigantē, &c. vbi tenet, q̄ lis inter alios A
non facit beneficium litigiosum quo ad tertium, qui non
est in lite, vt ibi optimē probat, & dixi superius in alia q.

Sed iste intellectus non videtur posse subsistere, ex eo,
quia ista regula generaliter lites motas extinguit: debet er
go de omnibus litibus generaliter intelligi, tam de litibus
motis per ipsos predecessores cōtra alios, quā de motis
per ipsos triēnales possessores: absurdū enim est distingue
re, vbi lex non distinguit. ca. solita. de maior. & obed. cum
vulg. Et licet maior ratio sit in possessore triēnali mouēte
litē, quā in alio, per ea, quæ Rom. tradit. in cōsi. 330. in
1. col. illa tamē differētia est per plus & minus, q̄ non facit
rem ipsam in substātia differre, vt in l. si. ff. de fundo instru.

not. Bar. in l. i. ff. de act. & obli. lex enim generalis compre
hendit vtrunq̄ casum, licet maior ratio militet in vno ca
su, quā in alio, vt est text. iuncta glo. in l. vnica. in verbo,
sponsam. C. de rap. virg. facit cle. i. cū gl. de rescrip. Et solet
ad hoc allegari notabilis tex. in l. i. §. quod autē. ff. de alea.
& per hoc videtur respōsum ad motiua superius facta.
Non obstat regula Hadriani ponderata superius: quia si
illa rectē ponderetur, potius p̄obatur oppositum: quia illa
verba, Vel per eos motas, posita in dicta regula, inferunt
manifestē, quod siue lites fuerint motæ per predecessores
contra possessores triēnales, siue per eōdem possesso
res contra alios, quod huiusmodi lites extinguntur, & sic
verba dictæ regulæ faciunt in contrarium.

Non obstat regula de annali, non suffragari possessori, C
qui cōsenserit priuationi: quia respōderetur causam non
esse similem, ex eo, quia ibi visus est renuntiare omni ex
ceptioni, per quā eo non solvente, posset impediri priua
tio, ex quo illi consensit: & volenti & scienti non fit iniu
ria, vt in c. scienti. de reg. iur. lib. 6. Et ideo illa non faciunt
ad propositum casus nostri, & ita in terminis istum intelle
ctum reprobarunt quidam Moder. Sabinen. in quadam
apostilla ad istam regulam, vbi respondent ad decisionem
75 in no. procedere in odium attentatorum, aliās secus.

Quartus intellectus ad ista verba datur, vt extinctæ lites
antiquæ intelligantur hic quæ motæ fuerunt per decem an
nos ante triennium: secus de litibus minori tēpore intro
ductis: quia illæ antiquæ lites dici non possent. Quod fa

Dctum videtur propter negligentiam deserentis litem ante decem annos, ut sit litium finis. Quod ex dictis d. Guliel. dicentis hoc alias in Rota in causa Giennen. tentum fuisse, comprobari posset, videlicet, litem ceteri spatio decem annorum desertam: arg. gl. in cle. i. in verbo, prosequatur, ut lit. pend. & in l. peregrè. ff. de acq. pos. Et tenendo istum intellectum, verbum Antiquas, hic positum, exponeretur pro litibus longi temporis, iuxta tex. & que ibi notat Domin. post Arch. & Ioan. And. in c. 2. de sepult. lib. 6. Et Præ. posit. in cap. i. in princ. in notabilibus. qui feud. dar. poss.

Sed iste intellectus eodem morbo laborat, ex eo, quia contra illum obstat decis. 411. in no. que vult litem in curia non finiri nisi per sententiam, & exponere verbum Antiquas, id est, longas, est etiam quædam extorta interpretatio.

Equas, id est, longas, est etiam quædam extorta interpretatio. Nam iura allegata pro ista expositione, non faciunt ad rem, quæ loquuntur in casibus suis, ubi subiecta materia hoc suadebat: sed hic subiecta materia non est talis, ut cogat nos ita exponere. igitur, &c.

Quintus intellectus, qui videtur diversus à tertio intellectu superius dato, fuit cuiusdam Iacobi de Rizonibus abbreviatoris, ut refert Glossator hic, videlicet, quod ista regula intelligatur de litibus motis cum antecessore: secus cum isto possessore, qui possedit per triennium, cui nunquam fuit mota lis. Et ideo res inter alios acta, non debet isti successori & possessori nocere, qui videtur habere bonam fidem.

Sed iste intellectus etiam non valet, ex eo, quia si beneficium est litigiosum, transit cum vitio suo, sicut lepra sequitur leprosum, ut in l. 2. C. de litig. & not. Milis in verbo, litigiosum. & etiam illi obstat decisio. 10. ut lit. pendens. in nota. & aliis rationibus illum reprehendit Glossator hic, qui videri potest.

Sextus intellectus est, ut regula intelligatur de litibus antiquis motis extra curiam, quas hic papa extinguit: secus de litibus motis in curia, in quibus potest procedere prædicta decis. 411. in no.

Etiam intellectus iste est diuinius: quia regula & decisio indistinctè & generaliter loquuntur, & ita per curiales intelliguntur: & quia eadem est ratio in litibus extra curiam, sicut in curia, cum utroque modo beneficium efficiatur litigiosum.

Septimus intellectus datur, quòd ista regula intelliga
 tantum de litibus futuris post triennale possessionem
 pacificam, & tunc verbū Antiquas, refertur ad futurum, vt
 Gloffator hīc. Itaque erit sensus, quòd per triennale
 possessionem papa vult omnes futuras lites extinguere, &
 nem eis imponere, vt amplius non possint per illas mo-
 lestari triēnales. Nam verbū Antiquas, ponitur pro poste-
 rioribus, vt in l. cum scimus. in fi. C. de agric. & cens. lib. II.
 Vel melius dicas, quòd verbū Antiquas, non refertur ad
 lites iudiciales, quæ fuerunt: sed ad altercationes, & dispu-
 tationes prudentū. Nam sæpe fuit disputatū, nunquid per
 decēnalem possessionē præscriptum esset titulo beneficij,
 vel argueretur titulus. de quo in cap. illud. de præsumpt. &
 Lap. allega. 89. nunc per istam reg. lites illæ, id est, contro-
 versia, & antiquæ contentiones Doct. penitus extinguan-
 tur: & sic verb. Lites, hīc capitur pro controuersia extraiu-
 diciali, vt in c. forus. de verb. sign. de qua Virg. 12. *Æneid.*

Limes erat positus, litem vt discerneret agri.

Et alibi:

Quis vestrum tantas poterit componere lites?

Havemus igitur ex prædictis septē intellectus, qui pro-
 pter verborum obscuritatem non carēt diuinatione, adeò
 q̄ potest illud dici, quòd sæpe à multis curialibus iactatum
 est, verba omnino obscura esse reicienda, & illis non ob-
 stantib. sequendam iuris dispositionem, quæ vult litē non
 extinguī, nisi morte vel sententia, vt not. Ioan. Andr. in d.
 clem. 1. & cauetur prædicta decis. decima. vt lit. pen. in no. C
 Hinc vulgò dicitur, q̄ quando lex est ambigua, & habet
 plures intellectus, non est alleganda in decisionibus cau-
 larum: vt dicit Bar. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. cum mul-
 tis concord. vt latissimè scripti in c. 1. in gl. de consti. lib. 6.
 Et ideo ni mirum si domini auditores sæpe neglectis istis
 verbis tanquam obscuris tulerunt sententias, sequuti po-
 titus dictam decis. 4. II. quàm interpretationem obscuram
 istorum verborū. Quod potuerūt facere, per ea, quæ dicit
 Bal. in c. fi. de consti. & in l. 2. in 2. col. C. quando prouoc.
 non est necess. Quinimò fortius voluit Ioan. de Anania in
 c. Petrus. in 1. col. de homic. q̄ quādo lex præcepti data à
 Deo habet plures intellectus, faciēs contra eam, non pec-
 cat mortaliter. quod tenuit Abb. post Io. Andr. inc. capel-

Dlanus. de feriis. Iaf. in l. posthumo. col. 7. C. de bon. possess. contra tab. & in l. captatorias. col. penul. C. de testam. milit. & alibi sepe. Nam vt inquit Bœtius, quem refert Bal. in l. precibus. col. 7. C. de impub. & aliis subst. quod multipliciter intelligitur, eius veritas ignoratur: sed ne regularum conditores, qui plures fuerunt, & viri vndeunque doctissimi, de imperitia vel negligentia arguantur, cum tam sepe dicta verba innouarunt, nec vnquam ea à regulis deleuerunt, erit necessarium, aliquem ex prædictis intellectibus sequi. Nam quando in vna lege plures dantur intellectus, licet omnes sint diuinatiui: tamen si ex alio cōgruo modo intelligi non potest, intellectus ille tenendus est, qui minus diuinat, vt dicit Bart. in l. ita stipulatus. la grande. col. n. de verb. oblig. Vel ille intellectus, cui minus iura aduersantur, vt dicit Alexan. in l. rei iudicata. in prin. colum. fin. ff. soluto matr. Iafon in l. huiusmodi. §. si cui. ff. de leg. 1. Vel ille intellectus, qui magis placet: quia hoc non est peccatum contra Spiritum sanctum, vt dicit Inno. in c. per tuas. de sim. & dixi in c. 1. in 1. notab. in fin. de rescrip. lib. 6. Quæ cum ita sint, visum fuit Rotæ die 20. Nouēbris m. d. xxx. iiii. proposita per me iterum, atque iterum dicta causa Conchen. tertium & quartum intellectus, ex superius relatis adprobare, propter quos iudicarunt Garfiam posse beneficium istius regulæ tueri. Verum quia ipse idem Garfias ante triennalem possessionem commiserat causam, regula ista sibi non profuit, ex quo sibi ipsi beneficium litigiosum effecit, & ideo possessio triennalis sequens, pacifica dici non potuit. Imò illa sola cōmissio causæ, sibi in pluribus aliis casibus est damnosa, quos enumerat Fely. in c. super literis. col. 10. vers. limitatur primò. de rescrip. & dixi in reg. de subrogandis. & in trac. sign. Viam igitur quam elegit, illa sibi proderit, iuxta l. si mulier. ad Velleia. Quia si ex lite per eum mota, sibi molestiam iuris intulit, & per consequens, exceptione istius regulæ se priuauit, de seipso conqueri debet, & damnum, quod sua culpa sentit, sibi debet imputari, vt dicit text. in vulg. cap. damnum. de regul. iur. li. 6. Et ita in terminis istius q. videlicet, q. committens causam, dicatur quo ad se introducere litē, quæ eum non pacificum possessorem reddit, Rota tenuit de anno m. d. xxx. de mense Martio, in causa Parmen. archipresbyteri.

pendente corā D. Hugone de Spina, de qua meminit A
D. Guilielmus hic in collectaneis decisionū, per plura mo-
nua, quæ ibi videri possunt. Et ita etiam tēpore meo dixit
Rota in causa Gienen. canonicatus, pendēte corā D. Iaco-
bo Simonetta, inter Rodericum Lupi, qui cōmiserat cau-
sam & allegauerat triennalem, & quendam capellanū fa-
miliarem, cardinalis Gienen. Et idem tenuit Rota in vna
Valentina parochialis de pego, de mense Martio. m. d.
xx xv i i. corā R. D. Io. Mohedano, vt dixi superius, q. 56,

Antiquæ igitur lites extinguuntur per istā regulam, quæ
inter alios ante triennalem possessionē motæ fuerunt. Et
ita etiam hodie 12. Iunij. m. d. xxxv i i i. istam regulā in-
tellexit Rota, in aliā causa Cegobien. parochialis de Para-
dinas, coram R. P. D. Marcello, episcopo Marsicano. Se- B
cus, vt dixi, si ipse possessor prius contra alios causam com-
miserat, vt est dictum, & ad decisionem Rotæ, vt lit. pend.
in no. quæ voluit litem non finiri, nisi post sententiam:
quia ad illam responderetur tribus vel quatuor modis.

Primò, quòd decisio procedat, nisi de ista regula excipia-
tur, sicut dicimus de decreto facto in fauorem alicuius.
Nam ita demum ligat, si ille vti voluerit, vt dicit gl. in ca. i.
de concess. præb. lib. 6. cum concor. vt scribit Decius in l. pa-
cta quæ contra. C. de pact. num. ii. & Philip. Perus. in capit.
dispendia. in princi. de rescript. lib. 6. & in capi. vt nostrum.
in 3. colum. de appellatio. Ial. in l. transactio. in fin. C. de
transact. Et idem in emphyteuta, qui non ob solutionem
canonis, est priuatus ipso iure. Nam intelligitur domino C
volente, vt tradit Iaf. post alios in l. 2. C. de iure emphyte.
Et hoc idem habetur in l. filio præterito. ff. de iniust. rupt.
& in l. eleganter. & ibi glo. in versi. nullam. ff. de dolo. Pos-
sessor igitur triennali tacente, & non opponente, lis non
finitur per possessionem triennem: adeò, quòd si trien-
nalis possessor moriatur, beneficium adhuc durabit liti-
giosum, etiam per mille annos, donec finiatur lis senten-
tia: & ita procedere potest dicta decisio.

Secundò responderetur, q. illa decisio procedat attenda
dispositione iuris canonici, de qua in c. fin. de iud. de quo
iure instantia perpetuò durat, nisi per sententiam termine-
tur. Sed attenda dispositione istius regulæ Cancellariæ, lis
triennio extinguitur, sicut est de iure ciuili cautū, in l. pro-

Dperandum. C. de iud. Nec est mirum, q̄ ius canonicum, & regulæ sint contrariæ: quia idem videmus in aliis regulis, de annali, de infir. resignant. & in pluribus, quæ cōtrarian tur iuri communi, prout etiam ius civile in eodem casu reperitur limitatum, & restrictum à iure prætorio: vt l. in honorariis. ff. de act. & oblig. & alibi sæpe.

Vel tertio dici potest, quod illa decisio non est vera: quia contra eam sæpius fuit iudicatum, vt adparet in vna causa Giennen. coram domin. Iaco. Simonetta, in qua in Rota, per maiorem partem Dominorum conclusum fuit, per lapsum decem annorum, litem haberi pro derelicta, vt meminit domin. Guliel. Casiodorus, in collect. decis. titu. vt lit. pend. Et idem in possessione fuit tentum coram D. Ca-

Emilio de Ballionibus, in vna causa Gebennen. pro cardinale Anconitano, 3. Iulij m. d. xxxi. per doct. Abb. in c. contigit. de dol. & cont. vt dixi in reg. de non toll. iure quesi. q. 5. in fin. Imò ipsum beneficium dicitur per tantum tempus 10. annorum haberi pro derelicto, vt ibi dicit Abb. quem in hoc non sequuti fuerunt Domini, sed respectu possessionis, vt dixi, per ea, quæ idem Abb. dicit in c. cum venissent. de restit. spol. & in c. capitulum. de rescrip. Sed q̄ titulus beneficij præfato tempore perdat, tenet etiam Old. confi. 1. colum. 2. & Petr. de Anchar. confi. 405. & hoc vt finis litibus imponatur. Et hoc quod dictum est de possessione Domini traxerunt ad litem, quæ decennio videtur haberi pro derelicta, vt dixi.

Ex præmissis igitur patet, decisionem illam non procedere, quam etiam impugnavit Nicolaus Milis Rotæ auditor, in verbo, lit. pend. & verbo, lis finitur. & Glossator in regula de subrogandis.

Vel quarto ad illam decisionem responderet Glossator hic, q̄ procedat de lite in curia, secus extra. Sed ista solutio nihil facit, nisi restringatur ad beneficia vacantia in curia litigiosa. Quod nescio si ipse ita intellexerit. Ex quibus omnibus resultat ista conclusio, regulam istam non posse intelligi de lite mota per triennem possessionem, sed ante, vt est dictum. Et ita ego in d. causa Conchen. pronuntiaui: quæ sententia postea cōfirmata fuit, per tres conformes. Nec fuit in Rota causa, quæ maiores tumultus excitaret, quàm ista, quæ ultra istas tres sententias Rotæ, ventilata

flata postea fuit per tres alias sententias coram Gubernatore, & postea coram auditore Camerae, & deinde coram Caroli Simonetta commissario, postremo cum ultimo silentio definita in signatura Papae: propter quam causam partes hanc causamque ad insaniam prosequuntur iudicio curialium.

QVAESTIO SEXAGESIMASECVNDA.

QVAERO, an regula ista tucatur non promotum infra annum, iuxta c. licet canon. & cap. commissio. de elect. libro sexto.

SOLVTIO. De hoc dixi superius in 10. quaest. tractans materiam execrabilis.

QVAESTIO SEXAGESIMATERTIA.

QVAERO, an si possessor citatus vigore commissio- nis, in qua adposita fuit illa vulgatis clausula, videlicet, dummodo ante terminum ad articulandum li- teras expedierit, & quod interim beneficium non censeatur litigiosum, &c. si post citationem praedictam triennio possedit, dicatur pacificus ad effectum istius regulae?

SOLVTIO. Videtur prima facie dicendum, quod non sit pacificus, ex eo, quia illa claus. fuit adposita ad effectum, ut actoris malitia comprimeretur, qui procurabat saepe possessores forte senes vigore dictarum commissio- nis literis non expeditis, & sic cum modica impensa citare, ad effectum, ut per eorum obitum possent subrogari, & sic ordinarios patronos & expectantes excludere. Cum igitur adposita sit clausula ad effectum tollendae subrogationis, non debet alium effectum operari. arg. l. quod favore. C. de legibus. C

Præterea, quia talis possessor ex tali commissione & citatione vexari & molestari dicitur, ut not. Imol. in cle. r. in fi. de rescrip. quia vexatio incipit à citatione, ut not. Fely. in c. ex tenore. de rescrip. facit quod not. Bart. in l. amplius non peti. ff. rem rat. hab. & Bal. in l. r. C. de nundi. & dixi in regula de annali. in quaest. de citatione nulla. Et ita retulit iudicasse Rotam Alex. de Cesena quondam famosus procurator, ut refert Aneas Sabinen. in quibusdam apostillis regulae 29. de commissio- nibus literis non expeditis. ubi etiam refert D. Berengarium Saganta dixisse illi Rotam ita iudicasse in quadam causa Tranen. Et dicit esse notandum hoc, quia stant ista simul, quod beneficium non sit litigiosum, & quod non sit pacificum, prout ego notaui in alio casu superius

LLL

Din alia quæst. de illo, qui possedit triennio post sententiã, quæ transiit in rem iudicatã, & post executoriales: quia licet ibi non sit lis, quia finitur per sententiã: tamen ille non est pacificus, vt frui possit beneficio istius regulæ, vt ibi probaui per quandã decif. in n. o.

Tamen prædictis obitãt, quæ conclusa fuerunt in præcedenti q. examinando clausulam lites penitus extinguentes; hic positã, & quæ dixi in reg. de annali. q. 45. dum ibi tracto, an per citationem nullam interrumpatur pacifica possessio requisita in illa regulã, quibus etiã accedunt ea, quæ dixi in regulã de subrogandis. q. 2.

REGVLA DE VALORE BENEFICIORVM IN IMPETRATIONIBVS EXPRESSIMENDO.



TEM voluit, quod in gratiis quas personæ quibusvis de beneficiis vacantibus, seu certo modo vacaturis fieri contigerit, illorum, & aliorum quorumcunque beneficiorum, quæ dicta personæ tunc obtinuerint, seu de quibus eis fuerit prouisum, vel concessum, aut mandatum prouideri verus valor annuus per marchas argenti, aut sterlinguorum, vel librarum Turonensium paruarum, seu fiorinos, aut ducatos, seu vnciarum auri, seu alterius monete valor, secundum communem estimationem exprimatur. Nisi motu proprio gratiæ huiusmodi fiant, vel personæ prædicta beneficia, quæ tunc obtinuerint, aut in quibus, & ad quæ ius eis competit, iuxta ipsarum oblationes, vel alias dimittere teneantur. Alioquin præfate gratiæ sint nullæ. Et idem seruetur in expectatiuis de beneficiis obtentis, & in quibus, seu ad quæ impetrantis ius competit, & illorum valore.

P R A E F A T I O.

AVTOR primus istius regulæ, fuit Urbanus III. vt refert Clemens VI. in quadã extrãvaganti, de qua inferius facio mentionem, Sed in volumine regularum, non Urbanus III. sed Urbanus VI. reperitur huius regulæ inuentor. Nam super valore exprimendo in gratiis, quatuor regulas edidit. Primã, circa gratias & beneficia obtenta, quam publicauit vndecimo Calendãs Martij, sui Pontificatus.